BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
17 C
25
K. 645.

I

11 C 102 f 3"

COMPENDIVM TOTIVS MEDICINÆ

II

Auctore

PETRO PAVLO SIMONETA
Phyſico, & publico Profeſſore in
Papienſi Gymnaſio.

Cum Indice Locupletiſſimo.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS,
Apud Robertum Meiettum. 1594.

12.17.C.25

Potentiſsime Rex .

E*TSI ad hoc inter cæteros me natū credo mortales, vt aduerſæ fortunæ telis perpetuò agitetur vita mea, quòd & parùm commoda valetudo, & ſiniſter optimorum conſiliorum euentus ſatis teſtatur; Nihil tamen vnquam mihi fuit antiquius, quàm ita in ſtudio verſari literarum, vt aliquid afferrem in commune, nec mihi*

ſoli, ſed patriæ viuerem vtilitati. Primùm igitur perilluſtri Sigiſmundo Gōzagæ, M. V. Chiliarcho inuictiſ. Beltramo Alberqueque militum tribuno arcem phinalis expugnāti operam præſtiti militibus curādis, & priſtinæ reſtituendis valetudini: paulò poſt in bello nauali cōtra Turcas Duce & auſpice D. Ioanne ab Auſtria vigilantiam meam ægri ſenſerūt milites. Quibus in periculis cognito, & perſpecto animo meo in publicum cōmodū prono, & procliui, M. V. ad praxis extraordinariæ lecturā, me cenſuit promouendum, mox Theoricæ deſtinauit explicādæ

in Tici-

in Ticinenſi M. V. Gymnaſio: vbi totos quindecim annos indefeſſum me ſcholaſtici habuerunt profeſſorem Philoſophiæ, et Medicinæ, tàm priuatim, quàm publicè. Quin etiã, vt nihil deſiderari poſſet in me, quod ad ſtudioſæ iuuentutis ſpectare videretur vtilitatem, anatomicas brutorùm animalium lectiones hilari animo priuatim ſuſcepi, non ſine impenſa, tam inciſorũ, quàm cadauerum. Qui labores mei, ne fruſtra videantur à me ſuſcepti ſupplex ad M. V. cõfugio orans obnixè ætatem velit reſpicere meam, & fortunæ iniuriam clementia ſua penſare: cum præ-

ſertim in anguſtum cogantur re mea, ægrotantium viſere domos podagra prohibēte. Lucubrationes haſce quibus compendioſa medendi traditur via, & alia nonnulla cognitu iucunda, quæ communi vtilitati me cōſultum velle teſtificabuntur. M.V. conſecratas animo dicantis, non operis pondere conſiderato, vt accipiat, ad pedes abiectus humillimè rogo.

P. Paulus Simoneta
Phyſicus.

PETRVS PAVLVS SIMONETA.

PVB. IN ACAD. TICIN. Medic. profeſſor Lectori. S. D.

NE mireris ſtudioſe Lector, neq́; temeritati tribuas, quòd medicam facultatem totam in breue auſus ſim redigere compendium; quam molis eſſe immenſæ, vel ipſe teſtatur Hippocrates, qui artem ait eſſe longam, idque ratione annexo-

rum. Aph. 1. Nam mihi ipſi conſulturus, vergente in ſenium ætate, laborioſum opus ſum aggreſſus, quò facilius poſſim reuocare in mentem, ſi quando vſus requirat, quæ olim Auditoribus meis publicè prælegi: Tum etiam commodum ſpectaui eorum, qui recens animum ad hoc ſtudij genus adiecerunt; quibus tanquam concluſiones congeſsi earum rerum, quæ & grauiſsimi Auctores compilarunt, & Galenus ipſe pluribus voluminibus arguendo, demonſtrando, diffiniendo, & (ſi fateri licet) Sophiſticis etiam rationibus eſt complexus. Opus, ſi non ſuis numeris abſolutum, ab animo certè profectum integerrimo; quippè cui nihil vnquam fuit antiquius,

quàm

quàm in commune cõferre, quodcunq; præſtare potuerit. Accipies igitur hunc noſtrum laborem, quo datur animo: datur autem animo candido prorſus, & ſincero. Quòd ſi minus reſpondebit expectationi fructus, quem ex eo capies; ſatis interim ſit tibi, nihil inde ortum detrimenti. Vale, & boni conſule.

. . . . . . in Zoilum.

RIngere, rode, licet, rumpas, dum Zoile dentem:
Non tibi noſtra placent? edita crede bonis.

Cap. Primi Libri.

CAp. Primum, De origine Medicinæ, & medicorum ſectis. pag. 1.
Cap. Secundum, De intentione medici. pag. 9.
Cap. Tertium, De actione Medici. pag. 10.
Cap. Quartum, De diuiſione actionum. 12.
Cap. Quintum, De inſtrumentis actionum. 20.
Cap. Sextum, De principijs virtutum. 22
Cap. Septimum, De membris. 26.
Cap. Octauum, De enumeratione partium capitis. 30.
Cap. Nonum, De enumeratione membrorum medij ventris. 60.
Cap. Decimum, De partibus inferioris ventris. 71.
Cap. Vndecimum, De enumeratione oſſium. 89.
Cap. Duodecimum, De congerie humorum. 92.
Cap. Decimum tertium, De facultate ſpirituum. 100.
Cap. Decimum quartum, De complexionibus membrorum. 102
Cap. Decimum quintum, De definitione elementorum. 107.

Cap

Cap. Secundi Libri.

Cap. Primum, De diæta. 124.
Cap. Secundum, De aere. 135.
Cap. Tertium, De motu, & quiete. 138.
Cap. Quartum, De ſomno, & vigilia. 141.
Cap. Quintum, De ijs quæ exce[illegible]duntur, & retinentur. 143.
Cap. Sextum, De animi accidentibus. 147.
Cap. Septimum, De medicamentis. 148.
Cap. Octauum, De Chirurgia. 158
Cap. Nonum, Scopi pro recta adminiſtratione partium med. in vniuerſali. 161.
Cap. Decimum, Scopi pro recta adminiſtratione cibi, & potus. 170.
Cap. Vndecimum, Scopi pro recta adminiſtratione aeris. 172.
Cap. Duodecimum, Scopi in recta adminiſtratione motus. 174.
Cap. Decimum tertium, Scopi pro recta adminiſtratione ſomni. 175.
Cap. Decimum quartum, Scopi in recta adminiſtratione inanitionis alui. 177.
Cap. Decimum quintũ, Scopi in animi cura. 179.
Cap. Decimum ſextum, Scopi pro recta adminiſtratione pharmaciȩ ſolutiuæ. 181.
Cap. Decimum ſeptimum, Scopi pro recta adminiſtratione pharmaciæ lenitiuæ. 183.
Cap. Decimum [illegible]tauum, Scopi pro recta adminiſtra-

niſtra-

niſtratione chirurgiæ, & primo de ſectione venæ. 183.
Cap. Decimum nonum, De recta adminiſtratione cucurbitularum. 188
Cap. Vigeſimum, De ſanguinis attractione per os, pag. 190.
Cap. Vigeſimum primum, De ſanguiſugarum recta adminiſtratione. 191.
Cap. Vigeſimum ſecundum, De balneis adminiſtrandis. 193.
Cap. Vigeſimum tertium, De frictionibus adminiſtrandis. 190.
Cap. Vigeſimum quartum, De enematibus miniſtrandis. 198.
Cap. Vigeſimum quintum, De glandibus adminiſtrandis. 201.
Cap. Vigeſimum ſextum, De ſuffitibus præparandis. 202.
Cap. Vigeſimum ſeptimum, De caputpurgijs præparandis. 204.
Cap. Vigeſimum octauum, De cauterijs, ſeu vſtionibus adminiſtrandis. 207.
Cap. Vigeſimum nonum, De vomitu præparando. 212.
Cap. Trigeſimum, De ligaturis adminiſtrandis. 215.
Cap. Trigeſimum primum, De imbrocationibus, irrorationibus adminiſtrandis. 216.
Cap. Trigeſimum ſecundum, De excrementis, & primo

Cap. Trigeſimum tertium, De ſignificationibus excrementorum vrinæ. 245.
Cap. Trigeſimum quartum, De ſignificationibus Hypoſtaſis. 246.
Cap. Trigeſimum quintum, Vniuerſalia conſideranda in vrina. 248.
Cap. Trigeſimum ſextum, De circulo vrinæ. 252.
Cap. Trigeſimum ſeptimnm, De ampula vrinæ. 253.
Cap. Trigeſimum octauũ, De granis vrinæ. 253.
Cap. Trigeſimum nonum, De nebula vrinæ. 253.
Cap. Quadrageſimum, De ſpuma vrinæ. 253
Cap. Quadrageſimum primum, De tella araneæ. 254.
Cap. Quadrageſimum ſecundum, De pilis in vrina. 254.
Cap. Quadrageſimum tertium, De atomis. 255.
Cap. Quadrageſimum quartum, De filis ſpermaticis. 255.
Cap. Quadrageſimum quintum, De vapore. 255.
Cap. Quadrageſimum ſextum, De cautelis inſpectionis vrinæ. 256.
Cap. Quadrageſimum ſeptimum, De excremento fecali. 259.
Cap. Quadrageſimum octauum, De ſudore. 272.
Cap. Quadrageſimum nonum, De ſputo. 282
Cap. Quinquageſimum, De mucoſitate narium. pag. 289.

Cap.

Cap.Quinquageſimum primum, De differentijs la-crymarum. 289.
Cap.Quinquageſimum ſecundum, De excremento quod per hæmorrhoidas ſecernitur. 296.
Cap.Quinquageſimum tertium, De excremento muliebri. 302.
Cap.Quinquageſimum quartum, De excremento exanthematum. 313.

Cap. Tertij Libri.

Cap.Primum, De ægritudinibus vniuerſalibus quæ proprijs nominibus carent. 314
Cap.Secundum, De diuiſione ægritudinum, quæ propria ſortita ſunt nomina. 319
Cap.Tertium, Formularia ægritudinum in vniuerſali. 345
Cap.Quartum, Formulare febrium. 367
Cap.Quintum, De ſignis ſecundum actiones membrorum. 374.
Cap.Sextum, De cognitione alimentorum ſolidorum, liquidorum, fructuum, olerum, in eo quod nutrientia ſunt. 391.
Cap.Septimum, De qualitatibus ſimpliciũ. 420.
Cap.Octauum, Quæ obſeruanda à Medico in viſitatione ægrorum. 488

LIBER PRIMVS DISCRETIVAS MEDICINAE

Partes continet.

CAPVT PRIMVM

De origine Medicinæ, & medicorum Sectis.

INTER omnes paſsiones, & proprietates, quæ corpori humano,& alijs corporibus accidunt, aut accidere poſſunt; *Ariſtot.* 1. *de cælo* 1. (quarum phyloſophus,cauſſas perueſtigando inquirit, ac diſſerendo conſiderat)vna eſt,quæ ſanitas dicitur,ſimul cum contraria eius qualitate, quæ ęgritudo nominatur. Eas cõſiderans medicus,non ſo-

 lùm,

A lum, vt corpori humano accidunt, *Gal.* 1. *ſanit. tuen.* 1. ſed etiam, vt ipſa ſanitas conſeruatur, ac ægritudo tollitur, ſumma cura, & diligentia, omnibusq; viribus perquirit, & conſiderat, tanquam præcipuas inter alias paſsiones,& proprietates,vt medicorũ nonnulli inter numina recenſeri,& à mortalibus coli, ac venerari exiſtimati ſint, inter quos *Saluius Sclauus de mente celſi* 1. *Aphor.* 1. *Gal.* 1. *ſanit. tuen.* 2. Aeſculapius vnus atque adeò præcipuus; ſed quia vario conſeruanda ſani-
B tas conſideratur modo,ægritudoq; uario remouenda: Hinc varie & pœnè infinitæ medicorum ſectæ, quarum. *Gal. de opt. ſecta c.* 30. *conſtitut. art.* 2. tres principales inter medicos extiterũt; quæ nunc etiam apparent; vna empirica nominata, quòd ex obſeruatione eorũ, quæ ſæpe viſa ſnnt eueniſſe,tum circa ſanitatis conſeruationem, tùm ęgritudinis remotionem: conſiderationis rationem colligere ſolet, *Gal. de optim. ſecta ad traſib.* 5. vt caſu for-
C tuna, conſultò, intuitu, imitatione, ſenſu, hiſtoria, aut ad ſimile tranſitus; qui quidem tribur fit modis. Primò de membro ad membrũ,vt de pede ad manum. Scđò de ægritudine ad ægritudinẽ: vt de eryſipelate ad herpetẽ. Tertiò de medicamẽto ad medicamentũ; vt de meſpilo ad Cotoneum *Gal. ad traſib.* 12. Secũda ſecta methodica nominata fuit,ab eo

quòd

quòd ſolùm euidentia obſeruat. Tertia ſecta
rationalis, ſiue dogmatica nuncupata: quia A
hæc præter ea omnia, quæ ab alijs ſectis con-
ſiderantur, etiam rei canſſam, ſeu cauſſas, &
ſymptomata ægritudinem conſequentia cõ-
ſiderat. Hinc non eſt mirum, quod hæ ſectæ in
multis videantur conuenire; in multis verò
diſsidere ab inuicem, vt Gal. de opti. ſecta
ad traſibulum 3. & 4. cap. enarrat. Hanc ter-
tiam Gal. ſequens, vti inter alias ſectas præ-
ſtantiſsimam, tribus modis medicam faculta-
tem tradidit; prout in eiuſdem Galeni, procœ- B
mio artis medicin. eſt videre, qui modi no-
mine doctrinæ ab ipſo ornati ſunt: doctrina
namque reſolutiua, cõpoſitiua, & diffinitiua.
Cùm autem ſanitas, & ægritudo, vt ſunt paſ-
ſiones, & proprietates corporis, & vt con-
cipiuntur, & vt cauſſa conceptus, & vt ſic no-
minãtur, & accidentia ſunt, ab ipſis ſectis con
ſiderentur, cùmq; hæ paſsiones, & proprieta-
tes poſsint ĩ partes diuidi, & partes rurſus in
minimas partes, *Gal. lib. de ſectis*: Hinc quàm C
plurimæ aliæ ſectæ diuerſis nominibus appel-
latæ, vt euectica, ſalubris, analeptica, inſtau-
ratiua, prophylactica, curatiua, pręſeruatiua,
conſeruatiua, gymnaſtica, compotiua, quæ le
gitima, & adulterina dicitur. Pręter has ſectas
aliquæ etiam ex modo operandi nominatæ
fuerunt, vt diætica, pharmatica, chirurgica

exercitatoria; Aliquę etiam à mēbro, in quod A fit actio nominatæ ſunt. *Gal.* 10. *metho.* 11. vt ocularia; aliquæ ab actione, vt ſutoria, & inciſoria; aliæ etiã pęnè infinitæ ſectę varia ſortitæ nomina, quę ex diuerſis, varijſq́; medicorum intentionibus, & operationibus contraxerunt: de quibus Gal. in lib. de ſect. & ſanit. tuend. verba facit. Nam ſumens Galenus ſanitatem, ægritudinem, mediãq́; diſpoſitionē, 2. *Temp.* 5. *opti. conſt.* 2. *bona hab. differ. mor.* 4. omnia in latitudine ſanitatis; & ea diuidens, B diuidit ſanitatem in ſanitatē, quę non ſolùm bona, & optima; ſed etiam exquiſita, ac inculpata ſanitas dicitur primò. Secundò in ſanitatem cum adiectione athletarum. Tertiò in ſanitatem deficientē, ſeu morboſam. Quæ ſanitatis membra etiã in partes diuiduntur. Nam primum membrũ diuiditur in tres partes, in ſanitatem ſcilicet, quæ exquiſitè bona, optima, oĩbusq́; numeris abſoluta, & inculpata eſt: & hæc ſit prima pars. Deinde in ſani C tatem, quæ non exquiſitè bona, optima, omnibusq́; numeris abſoluta, & inculpata: Et hæc ſit ſecunda pars. Tum deniq; in ſanitatem, quæ media exiſtit inter has duas partes, & ſit tertia. Præterea ſecundùm ſanitatis membrum, nempe ſanitas cum adiectione athletarum etiam diuiditur in tres partes. Primò in ſanitatem athletarum, quæ defectũ

patitur

patitur. Secundò in ſanitatem athletarum A
bonam. Tertiò in ſanitatem athletarum op-
timam. Tertiũ ſanitatis membrum etiam di-
uiditur in tres partes;Primò in ſanitatẽ mor-
boſam defectibus obnoxiam; quæ ſenſu ta-
men non percipitur. Secundò in ſanitatem
morboſam defectibus obnoxiam, quæ ſenſu
percipitur, non tñ manifeſtè. Tertiò in ſani-
tatẽ morboſã defectibus obnoxiã, quæ ſenſu
manifeſtè percipitur. Quæ ſanitatis diuiſio-
nes poſſunt diuidi,& ſubdiuidi ſecùndum ma
gis, & minus eò vſq; vt partes careant nomi- B
nibus 2. *artis med.* 2. Cùm verò ægritudo op-
ponatur ſanitati,totidem modis dicitur ægri
tudo, quot modis ſanitas. Sed quid de me-
dia diſpoſitione dicemus, quæ neutralitas di
citur,cùm & ipſa diuidatur in partes, & par-
tes rurſus in partes? Nam primò diuiditur in
tres partes: *Gal.* 1. *artis med.* 6. ſcilicet,vt eſt
vtriuſq; particeps primò.vt neutrius,ſecũdo.
vt aliqñ huius, aliqñ illius tertio. Secũdò vt
hæ diuiſiones æqualiter,aut inæqualiter par- C
ticipes ſunt extremorũ. Tertiò prout gradus
extremorum variis modis complicãtur, quæ
etiam diuiduntur,& ſubdiuidũtur in partes,
& ipſæ rurſus in partes alias: cùm etiam hæc
conſiderentur ſecùndũ magis,& minus. Præ-
ter has ſanitatis conſiderationes, conſidera-
tur etiam ſanitas, *Bona habitu.* 1. *Gal.* vt eſt

A generica, ſpecifica, & indiuidualis: Atq; vlterius iuxta climata, ſexus, habitationes, ætates, regiones, exercitationes: Quæ omnia poſſunt diuidi, & ſubdiuidi, & ad ſe inuicem referri. Hæ tamen omnes diuiſionum, & ſubdiuiſionum partes, tam ſanitatis, quàm ægritudinis, & mediæ diſpoſitionis, in latitudine ſanitatis compræhenduntur, vt Gal. 1. artis med. Cap. 8. Hinc finis, ſeu ſcopus, ſeu intentio, ſeu cauſſa finalis, ſeu ſine qua non, tam naturæ, quàm medici naturæ miniſtri, ſani-

B tas eſt, *Ad traſib.* 4. *Gal.* 2. *in* 1. *vulg.* 51. Et ſi perſæpe eueniat, vt non præſtetur: Quemadmodum de morte naturali, vel quòd natura non poſsit id per ſe facere, vt de oſſe luxato, de ſexto digito, carniſque ſupercreſcentia in vlcere; Vel quòd medicus, vt naturæ miniſter id non valeat conſequi, *Gal. dieb. dacret.* 2. *cap.* 11. Hoc autem non ſolùm in acutis: Sed etiam in chronicis morbis, & alijs actionibus. Tamen non eſt negandum ſani-

C tatem medicinæ finem eſſe: quia ſi tale quid contingat, non ratione naturæ, aut medici, aut vtriuſque euenit: Sed ratione paſsi, aut virtutis, aut medicamenti, & eius diſpoſitionis, aut conuenientiæ paſsi, virtutis, & medicamenti. Aut ratione intrinſecus, extrinſecus aduenientis. Quæ omnia impedire, & perturbare poſſunt particulariter, & vni-

& vniuerſaliter naturæ, aut medici naturæ miniſtri actionem, aut vtriuſque. Hinc ſatis A patet, quòd ſanitas ea eſt, quæ conſideratur præcipuè ab ipſa natura, & à medico vti naturæ miniſtro, & quòd omnia in gratiam ſanitatis diriguntur, inſtituuntur, & præparãtur: cùm ea ſit, quæ aut conſeruatur, aut ſi amiſſa fuerit, recuperatur pro virili. Et hoc ſecundum duplicem intentionem. Primò, vt talis ſanitas nequit conſiderari, niſi ſolùm in corpore, & vt tale actu exiſtit. Secundò pro vt intellectu conſideratur, inhærendo tamen B corpori. Vnde non eſt mirum, quòd pœnè infinitæ medicinæ diffinitiones, ſeu deſcriptiones ab authoribus in medio poſitæ ſint. Nam alij eam eſſe ſcientiam affirmant, *Aui. prima primi cap.* 1. *Gal. art. med.* 1. *cap.* 2. Alij artem. Quidam artem & ſcientiam: Quidam verò nec artem, nec ſcientiam. Hoc autem prouenit ex eo, quòd ipſa medicina varijs modis conſideratur, cùm tamen vna ſit, vt eſt videre apud omnes interpretes. primæ pri- C mi Auic. & libri, qui inſcribitur ars medicinalis Gal. de diffinitione medicinæ. Præcipuè verò quatuor modis conſideratur. Primò pro intentione. Secundò pro ſcopo. Tertiò pro fine. Quartò pro cauſſa finali, ſeu ſine qua non. Quæ inter ſe differunt: licet aliquando per abuſum pro eodem ſumantur,

A tur. Exemplo eſſe poteſt Sagittarius, qui ante quàm præmium cõſequatur, vt cauſſa finalis actionis: ideſt ſine qua non, *Gal. ad traſ.* 12. primò intendit ſagittando medium contingere ſignum. Secundò dirigit aciem, & omnia neceſſaria ad collimandum. Tertiò iacu latur. Quartò ſequitur cauſſa finalis, ſeu ſine qua non: & eſt præmii conſecutio, aut eius amiſsio. Hoc autem duobus modis: aut ſecundum intellectionem tantùm; cùm poſsit omnia nouiſſe Sagittarius ad ſagittandi artem neceſſaria; non tamen vnquàm expertus eſſe ſagittandi artem. Secundò ſecundum intellectionem, & actionem ſimul: quæ ſine actu perfici non poteſt: ideſt ſine actione ſagittandi. Ita natura, & medicus naturæ miniſter, ſemper ad ſanitatem intendunt omnia dirigunt, omnia conſiderant, omniaq; moliuntur in gratiã ſanitatis, vt ad cauſſam finalem, ideſt eam, ſine qua nõ, *Gal. ad Traſ.* 4. Et ſi non ſemper ſubſequatur actio; ſemper

B

C tamen eſt ſanitatis intellectio. Et licet ſemper non ſequatur ſanitas, hoc tamen non prouenit ratione naturæ, aut medici naturæ miniſtri; quòd non ſint intenti in ſanitatis conſequutionẽ; Sed ex illis quæ neceſſaria ad ſanitatẽ cõſequendã, quę plurima ſunt: & quę idoneã nõ præparãtur, quæ pænè infinita, vt Hip. in prooœmio Apho. nõ ſolùm, & reliqua.

CAP.

CAPVT SECVNDVM A

De intentione Medici

APVD ergo eos, qui de medica fa-
cultate rectè ſenſerunt, nulli du-
bium eſſe videtur, medicinam eſ-
ſe cognitionem eorum, quę cor-
pori humano accidere poſſunt ex parte, qua
ſanatur, aut ægritudo remouetur ſecundum
adiectionem, aut ablationem eorum, quæ ſe-
cundùm naturam, aut præter naturam adue-
nire poſſunt. *Gal.* 11. *Metho.* 12. Ex cauſsis in- B
ternis, externis, naturalibus, non naturali-
bus, præter naturam concomitantibus, ad-
uentitijs. Quæ cauſſæ, & omnia enumerata
ſunt conſideranda, vt corpus in ſanitate
conſeruari, aut ſi quid præter naturam adue-
nerit, remoueri debeat. Atque ad huiuſmo-
di ſanitatis conſeruationem, & ægritudinis
remotionem nonnulla ſunt conſideranda il-
li, qui ſibi nomen medici adſciſcere, aut pe-
ritus medicinæ dici cupit. Primò igitur quid C
ſit eius actio in tali cognitione, quamuis
ſint multi, qui oppoſitum teneant, & princi-
pia medicinæ alio modo conſtituant: Nos
tamen ſic dicimus eſſe tenendum; cùm nemo
ad aliquid agendum ſe accingat niſi prius
nouerit, recteq; intellexerit quæ ſit eius
actio.

CAP.

A ## CAPVT TERTIVM
De actione Medici.

MEDICI actio eſt moderationes in corpore humano conſeruare, & immoderationes remouere ſecundum adiectionem, & ablationē, *Gal.* 11. *Meth.* 12. Ad hæc cū ſanitas ſit moderatio, & morbus immoderatio, tanquàm effectus permanentes. *Gal.*
B *Differ. morb.* 2. Qui ſi conſeruari, aut immutari debeant, neceſſe eſt vt conſeruentur aut immutentur ab aliquo, & non à quolibet; ſed à proprio agente: Et cùm agens ſit natura, aut medicus naturæ miniſter; cùmq; operatio immutationis, quæ circa moderationem, & immoderationem fit, dicatur actio immutationis, & talis immutationis actio non poſsit fieri, niſi conſiderentur moderationum, & immoderationum cauſſæ: Qua-
C rum aliquæ ſunt internæ, externæ, naturales, aduentitiæ, ſeparabiles, inſeparabiles, coniunctæ, ſeparatæ: Quæ ſi neglectæ fuerint, nec moderatio conſeruari, aut immoderatio remoueri poterit; Et cùm moderatio ſit ſanitas; quod in confeſſo eſt apud omnes medicos, & non ſanitatis cauſſa: hinc erit dicendum immoderationem morbum eſſe,

& non

& non morbi cauſſam. vt Galen. de differentijs morb. 2. vbi ait: Si moderatio ſanitas eſt, eius profectò contrarium erit morbus. Sicq; immoderatio erit morbus vti contraria moderationi, quæ ſanitas eſt. Quinimò ſeparans Gal. lib. citato cap. 6. cauſſam ab eo, cuius eſt cauſſa in hunc modum dicit. Quæcumq; igitur non per ſe ipſas hoc agunt: ſed ea ratione, qua primi inſtrumenti officiunt operationi, cauſſæ morborum ſunt, & non ipſæ morbi. Ex quibus colligitur, quòd immoderatio nihil aliud eſt, quàm ipſa læſa actio, quæ fit propter aliquod efficiens: Quod efficiens non eſt immoderatio, Sed immoderationis cauſſa; ſecundum propriam actionem ſeu operationem, ſeu virtutem cuiuſcumq; membri. Quæ immoderatio, ſeu læſa actio à medico conſideratur, ſiue in vno membro, ſiue in pluribus membris, ſiue in toto, vt ipſam tollat à ſubiecto, in quo reſidet, & membrum reſtituat ad propriam moderationem, ſeu virtutem, ſeu operationem, ſeu actionem, quæ ſanitas eſt, & non ſanitatis cauſſa, vti rei effectus, & non efficiens cauſſa. Cùm igitur moderatio non ſit cauſſa moderationis; nec immoderatio erit cauſſa immoderationis: Sed remotio moderationis; erit cauſſa immoderationis, & contra, ſcilicet ablatio immoderationis

erit

erit cauſſa moderationis. Hinc patet mor-
A bum non eſſe cauſſam, vt actio lædatur; cùm
ſit rei effectus, & non efficiens cauſſa, ideſt
ipſamet actio læſa, & non cauſſa vt actio læ-
datur, circa quam verſatur remouendam na-
tura, & medicus naturæ miniſter. Ex qua re-
motione inducitur moderatio, quæ ſanitas
eſt, & non ſanitatis cauſſa, circa quam ver-
ſatur etiam natura, & medicus, vt ipſam con-
ſeruent omni ſolertia.

B *CAPVT QVARTVM*

De diuiſione actionum.

CVM actio Medici ſit moderatio-
nes cōſeruare, & immoderatio-
nes remouere, vti diximus: vi-
dendū eſt, quid ſit actio, & quot
ſint actiones humani corporis. Quid ſit au-
tem colligitur ex Ariſt. 2. de ani. 41. Actio
C eſt motus à principio determinatò ad fi-
nem determinatum. 2. de cœlo 1. actio eſt rei
perfectio, 4. eiuſdem, 2. eſt habitus eius in
quo eſt, proueniens ab habitu. 4. eiuſdem
22. Actio eſt finis formæ, quinto Metaph.
25. Actio eſt agentis diſpoſitio, ac paſſi
ſuſceptio. 7. eiuſdem 5. Actio eſt rei ma-
nifeſtatio ſecundùm propriam eſſentiam.

Auer.

Auer. 2. diſputatione contr. Alga. in ſolut. quinti dub. Actio eſt extractio illius, quod erat potentia ad actum, 9. Meth. 7. Gal. Actio indicat proprias rei eſſentias. Hiſce non neglectis, per actionem nos intelligimus operationis finem, ſecundum indiuidualem membri eſſentiam, aut totius. Vt viſio, quæ eſt Colorum perceptio, ſeu appræhenſio, ſecundum propriam operationem, quæ fit mediante virtute viſiua; Sicq; cùm oculus ſecundum propriam moderationem ſe habet, colores, vt ſunt, appræhendit; ſecus ſi immoderatus fuerit. Sed quia aliquando, atq; adeò ſæpè, actio non pro fine operationis, ideſt pro colorum appræhenſione, ſed pro operatione ante appræhenſionem, aut pro virtute, quæ talem operationem præcedit, ſumitur: Cùmq; omnes enumeratæ actiones dependeant, ab aliquo organo, ſeu inſtrumento; Hinc etiam organa, ſeu inſtrumenta conſideranda ſunt, quibus actiones fiunt. Quæ actiones poſſunt tripliciter commodè conſiderari. Primò, vt inſita ſunt in tali membro, ſeu membris. Secundò prout fluunt per aliquod membrum. Tertiò prout ab aliquo membro principali emanant. Et hæc omnia duobus modis. Primò in eo, quòd actu ſunt. Secundò quòd potentia, vti Galen. de differentiis morb.

A B C

A morborum 2. de ijs qui agunt. Secundò
de dormientibus, qui actiones potentia, &
non actu habent. Cùm autem tot modis cõ-
ſideretur actio, præcipuè tamẽ à medico cõ-
ſideratur, vt eſt finis appræhenſio; & vt ineſt
in proprio membro. Si verò alio modo ſu-
matur; non, vt effectus, ſed vt efficiens ſu-
mitur: Quæ actio actu ineſt in membris à na
tura; Et ſi talis actio non percipitur, illud
prouenit propter aliquod impedimentum.
vt de febre lipyria,& hepiala;cùm in reì veri-
B tate ſint febres,& ſi totum corpus non pona-
tur in calefacto eſſe. Quæ membrorũ actio
etiam in ſemine reperitur, vti etiam repe-
riuntur omnia membra: nam immiſſo in
matricem ſemine, ſibi calorem inſitum reti-
net quo viuit, & per conſequens animatum
eſt, & niſi viueret, animatumq; eſſet, quam-
uis foueretnr à calore, matriciſq; ſanguine,
non pullularet, & germinaret, vti de ſemini-
bus, quibus deeſt vita, & animatio propter
C coctionem, aut vetuſtatem; quæ ſeminata
non pullulant, nec germinant, quamuis in
fertili,& optima, ac pingui ſeminata fuerint
terra. Sic etiam fatendum eſt ipſum ſemen
viuere, animatumq; eſſe actu, & non poten-
tia tantùm; ac propriam ſeminis actionem
habere. Concepto itaq; ſemine matrice, &
circumtecto ab ipſa matrice, innatus calor

ſemi-

ſeminis à calore innato, & ſanguine matricis fouetur: & hac fomentatione mutatur de A
forma in formam, ſemper retinendo ipſum calorem ſibi ingenitum: Cuius formæ ſeminis mutatio ſecundum diuerſa tempora fit, & diuerſa nomina ſortitur. Nam primis ſex diebus ſemen, quia adhuc ſanguis matricis non ſuperat ipſum, ſed ſuperatur ab ipſo ſemine: mox ſemen ſuperatum à ſanguine, ſanguis dicitur: Neque tamen adhuc ſunt inuicem miſta, aut coagulata: Paulò poſt commiſta, & coagulata, coagulum nominatur, B
exemplo lactis quando miſcetur cum coagulo; & lac coagulatum dicitur, ſucceſſu temporis incipiunt membra delineari: ſed rudi forma, & Embryon appellatur. Poſtea incipiunt membra apparere, ſed indiſtinctè, & confuſo quodam modo, & fœtus dicitur, etiã ſi hoc nomen ei conueniret à primis etiam diebus; cùm ſemper foueatur. Mox diſtinctis membris, ſed non perfectè, animal dicitur; cùm verò iam organizatum eſt, & ſi nõ C
perfectiſsimè, anima immortalis introducitur. Poſtremò omnium membra abinuicem diſtinguuntur, & perficiuntur; non tamen æqualiter omnia. Nam edito in lucem animali, quædam apparent membra, quæ omnimodam in vtero perfectionem cõſequuta non ſunt; vt de craneo: Ac ſemper ijs temporibus,

A poribus, dum in vtero permanet animal nominatur; cùm anima rationali, & immortali ſit animatum: In lucem editum varijs etiam nominibus appellatur, & ſi non videatur variare formam; Et hoc propter ea, quòd varia percurrat tempora, in quibus diuerſæ actiones perficiuntur ab ipſo animali; vt de ætate in ætatem mutatur. Quæ quidẽ actiones in ſemine erant, tamen ratione impedimenti non erant manifeſtæ; Sed manifeſtantur remoto impedimento à natura, aut me-
B dico naturæ miniſtro: idq; exemplo puerorum, in quibus impeditis humiditatis abundantia multæ actiones non cernuntur; paulò verò poſt apparent, abſumpta humiditate. Nam primis diebus ſe erigere non poſſunt; cùm poſt temporis aliquod ſpacium erecto corpore incedant: tamen nõ dicendũ, quòd eiuſmodi actiones non fuerint in membris, cùm non eſſent manifeſtæ. Quod igitur de vna actione dicitur, de omnibus eſt intel-
C ligendum; præcipuè verò de tribus principalibus. Nam de vitali non eſt dubitandum, cùm viuant: Nec de naturali, cùm augeantur. De animali verò, ſecundum triplicem actionem motiuam, ſcilicet ſenſitiuam, & ratiocinatiuam, videtur dubitari poſſe: cùm aliquando non ita manifeſtè appareãt. Hæc ratio eſt, quòd talia ad eſſe primò non ſint,

tàm

tàm neceſſaria; vt vitalis, & naturalis actio; nàm vitali actione amiſſa, reliquæ pereunt omninò. *Gal. 1. locis Affect. 12.* Secus de illis. A
Nam aliquandò membrum non mouetur, nõ ſentit, non nutritur; vt de paralytico membro; tamen viuit. Aliquando ſentit, mouetur, intelligit, & nutritur, & tendit ad finem. Aliquando tamen vna harum actionum perit, aut duæ. Vt exempli gratia, viuit, mouetur, ſentit, intelligit, non tamen nutritur. Aut viuit, nutritur, intelligit, ſentit, non tamen mouetur. Aut viuit, intelligit, B
mouetur, nutritur, non tamen ſentit. Aut viuit, ſentit, mouetur, nutritur, non tamen intelligit. Aut viuit, ſentit, non tamen intelligit, mouetur, aut nutritur. Sic de alijs cõplicationibus eſt dicendum, de quibus diffuſè Gal. de differentijs, ſymp. varia in eſſe ponit. Quarum actionum quædam vnica actione perficiuntur: vt vitalis: aliquæ pluribus, vt nutritiua, & animalis. Nam nutritiua, cùm in omnibus membris inſit, ad hoc, vt ta- C
lis actio nutriendi cõpleatur, quatuor actiones requiruntur. *Gal. 9. vſup. 4.* Prima attrahendi, Secunda retinendi: Tertia concoquẽdi: Quarta expellendi quod nocuum eſt. Rurſus hæ actiones pluribus actionibus perficiuntur; vt actio attrahendi duabus: Apprahenſione, & Auulſione: concoquendi tribus

A permutatione, adhærentia, ſimilitudine. Expellendi tribus; eiectione, tranſmiſsione, relaxatione. Quinetiam ipſe ratiocinandi actus pluribus actionibus perficitur. Primò, vt talis actus concipit materialia. Secundò immaterialia. Si primò, quinque modis. Primò vt talia materialia ſeſe offerunt quinque ſenſibus, aut vni, aut plurib. ipſorum: vt auditui, viſui, guſtui, tactui, & odoratui. Secundò prout ſenſus communis ipſa materialia recipit à ſenſibus. Tertiò vt cogitatiua à B ſenſu communi appræhendit. Quartò, vt diſcurſiua à cogitatiua cognoſcit. Quintò, vt memoria talia conſeruat, & ratione vſus anima ipſis vtitur. Si verò ſecundo modo, id rurſum ſex modis: Primò, vt talia immaterialia phantaſmate percipiuntur. Secundò imaginatione: Tertiò diſcurſu: Quartò vt in eſſe, aut nõ in eſſe intelliguntur: Quintò vt in eſſe tantùm intelliguntur. Sextò, vt anima intelligendo perficitur. Sentiendi, & mouendi C actus vnica actione perficiuntur. Præter has actiones, quæ ad eſſe indiuidui conſiderãtur: actio etiã requiritur generatiua, quæ ad eſſe indiuidui & ſpeciei facit, conſideratur. Quæ & ipſa pluribus actionibus perficitur: Vt ſuo loco dicemus. Sed quoniã hæ actiones ad nihilũ reducerẽtur, niſi continuò aliquid flueret, & propriũ principiũ haberet, à quo emanaret,

naret,& ꝓprios meatus: Hinc aliꝫ duæ actiones conſiderantur. Quarum altera in continuo fluxu eſt, fluxiliſq; nominari poteſt: Altera in membro principali exiſtit, quod mēbrum eſt principiū fluxionis, nomenq; proprium non habet. Nominetur vt cuiq; libet; dūmodo ſciatur, talē actionem non reperiri, niſi in tali mēbro principali. Quæ principalia membra habent proprios meatus, per quos fluit talis actio. Cùm verò quatuor ſint actiones præcipuę, quatuor etiam erunt membra, præcipua: Cor (inquam) cerebrum, epar, & teſtes; quibus reſpondent quatuor meatus; Arteria ſcilicet, quæ cordi deſeruit; nerui, cerebro: venæ, epati; vaſa ſpermatica, quæ proprio fonti. Præter has actiones ſuperius enarratas, etiam reperiuntur, quæ ſunt propriæ & inſeparabiles illius membri, in quo ita inſunt, vt alibi non inueniantur. *Gal.* 1. *progn.* 24. vt chilificatio in ſtomacho; ſanguificatio, in epate: & ſic de alijs membris: cuius actionis inhærentia, membrum tale dicitur, & ſeparatur ab alio membro; tùm etiam ab inuicem membra ſeparantur. Quorum membrorum actiones nimis prolixum eſſet in medium proferre, & nominibus ſeparare. Satis ſit dixiſſe, quòd membrum talem membri eſſentiam habet, eò quòd propria membri actio reperitur, quæ adeò propria eſt, vt non

A

B

C

poſsit reperiri in alio membro, quàm in A ipſo. Et talis actio ſemper, & primò conſideranda eſt ab ipſo medico, vt poſsit, & valeat deuenire in cognitionem formæ, ſeu complexionis illius membri, cui medetur. Quarum actionum nomina impoſsibile eſt omnia in medium adducere, vt etiam impoſſibile ferè videtur, hominis proprium nomen ponere, quo homo eſt, iuxta propriam actionem. Cùm à forma ſubſtantiali, & non accidentali deberet fieri talis denominatio. B Præter haſce actiones duæ aliæ reperiuntur, quarum vna voluntaria actio eſt, altera naturalis: quæ actiones non ſolùm reperiuntur in homine, ſed plurimùm etiam faciunt ad conſeruationem ſanitatis, aut remotionem ægritudinis, vt de reſpiratione ſatis patet.

CAPVT QVINTVM

De inſtrumentis actionum.

C SED cùm ſuprafcriptæ actiones, ſiue principales, ſiue non principales, non valeant perfici, niſi mediante aliquo organo, ſeu inſtrumento. *Gal. 7. vſu p. 2.* quòd ſæpè ſub nomine meatus comprehenditur. Hinc conſiderandum eſt, quidnam ſit inſtrumentum,

ſeu organum; & quot ſint. Quid ſit organum, ſeu inſtrumentum, habetur à Galen. 1. metho. 6. & 1. vſup. 8. quòd nihil aliud eſt, quàm animalis pars, cuius beneficio perficitur actio, vel ſine qua parte actio nulla fit. Quot ad inſtrumenta actionum, dicimus tot eſſe, quot ſunt actiones. Et ſi pro ſæpè in vna, & eadem actione reperiãtur plura, hoc non contingit ab eo, quòd non ſint plures actiones, ſed quòd ad illam actionē perficiēdam plures actiones requiruntur. Vt de actione oculi. *1. Meth. 6. 1. 1. vſup. 9. & 1. cap. 8. Gal.* A B

Ad hoc tamen, vt facilis ſit inſtrumentorum cognitio, primò diuidimus ipſum in partem *Differ. morb. 4. Gal.* ſimplicem, & partem compoſitam. Pars ſimplex in quinque partes ſecatur. Prima eſt arteria. Secunda neruus. Tertia vena. Quarta ſeminariũ vas. Quinta vreteres meatus: nàm arteria deferendo ſpiritum vitalem, viuendi actionem in membris conſeruat. Neruus deferendo ſpiritum animalem, actionem ſentiendi, mouendi, intelligendiq; miniſtrat. Vena deferẽdo naturalem ſpiritum, nutriendi actionem præbet. Vas ſeminarium deferendo ſpiritum generatiuum, generandi actiones præſtat. Vreteres meatus expurgant totum corpus ſeroſa humiditate. Tres ex hiſce partibus, vnà cum ſpiritu etiam deferunt, quid in quo re- C

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A ſidet ſpiritus, vt arteria deferendo ſpiritum vitalem, etiam ſanguinem ſpirituoſum defert; Vena deferendo ſpiritum naturalem, maſſam etiam ſanguineam defert: Vas ſeminarium deferendo generatiuum ſpiritum, ſemen defert. Hæc de ſimplicibus; & ſi etiam aliqua concedi videantur inſtrumenta, ſub nomine meatus, deferentia excrementa de membro ad membrum: vt deinde expellantur à corpore, vt de meatu expurgante lienē: qui meatus ad fundum ſtomachi declinat: B & de meatu, qui expurgat veſicam felleam, declinando ad inteſtinum ieiunum. Plures etiam alij meatus reperiuntur, vt hi, qui deferunt quinq; ſenſus, expurgantes cerebrū. Præter talia inſtrumenta ſimplicia, videntur etiam partes quædam ſimilares poſſe connumerari inter inſtrumēta, vt villi, tendo, chorda, & ſimilia; quæ & in rei veritate poſſunt dici inſtrumenta, prout per ipſa membra perficitur alterius membri actio, & non im- C mediatè talis actio prouenit ab ipſis inſtrumentis: Nam cùm inſtrumentum non ingrediatur opus, cuius eſt inſtrumentum; ſed mediante ipſo, perficitur opus, vt etiam colligitur ex actione inſtrumenti, & exemplo cōprobatur: Nam faber lignarius, ad hoc vt ſcamnum faciat, vtitur pluribus inſtrumentis, vt ſerra, malleo, & reliquis: nec tamen

ſerra,

ſerra, aut malleus, aut aliquod aliud inſtrumentum reperitur in ſcamno: Sic etiam eſt dicendum de corpore noſtro, quòd plura inſtrumenta ſint neceſſaria ad aliquam actionẽ perficiendam; tamen non reperiuntur in ipſa actione. Compoſita inſtrumenta etiam ſunt plura, vt appræhendendi actio, & concoquendi. In his, & ſimilibus plura compoſita inſtrumenta reperiuntur, in appræhenſione digiti, manus, brachium, de neceſſitate reperiuntur. In concoctione os, ventriculus, inteſtina. Quæ partes compoſitæ etiam componuntur ex alijs partibus cõpoſitis, & ex ſimilaribus: quæ quidem omnes tàm ſimplices, quàm compoſitæ, ad perficiendam actionem reperiantur neceſse eſt, cùm non ingrediantur ipſam actionem, aut operationem. Sed ſolùm natura vtitur ipſis ad perficiendum opus. Quare dignum eſt medico, ſcire lædatur ne actio de ſe, an ratione inſtrumenti, aut principijs, vnde prouenit actio; de quibus non abſurdum fuerit, ſermonem habere.

A ## CAPVT SEXTVM

De Principijs virtutum.

QVATVOR exiſtunt fontes, à quibus virtutes, ſeu operationes, ſeu actiones emanant, quibus læſis, ſtatuendum eſt neceſſariò, in membris eas non conſeruari, immò perire. Primus fons eſt cor, à quo virtus vitalis influit in omnia membra, & quamdiu vi-
B uit cor, tamdiu viuunt membra: niſi quiddam ſit impedimenti inter cor, & ipſum membrũ: nam intercepta arteria, membrum, cui deſeruit arteria, vita deſtituitur. Secundus fons eſt cerebrum, virtutis animalis principium: nam læſo ipſo, omnes actiones dependentes ab eo, læduntur; vt in apoplexia eſt videre, & ſi aliquando etiam proueniat, læſis ventriculis cerebri. Tertius fons eſt epar, virtutis nutritiuæ principium, à quo
C nutritiuæ virtutes emanant; quo læſo, & ipſæ lædantur, neceſſe eſt, virtutes in membris. Pro quarto fonte teſtes ponuntur, qui ſuſcipientes ſanguinem à ſeminarijs vaſis, ipſum in ſemen tranſmutant, per quæ, & à quibus generatiua virtus oritur. Hi ſunt fontes à Gal. deſcripti, & ad memoriam redacti 2. artis med. 4. Principalia igitur ſunt cor, cerebrum,

rebrum, epar, & teſticuli: in quibus quatuor
diuerſi ſpiritus reperiuntur: vt vitalis in cor- A
de; animalis in cerebro; uaturalis in epate;
generatiuus in teſtibus. Qui alibi non repe-
riuntur fundamentaliter, quam in ipſis, & à
quibus virtutes emanant. Sed quia præter
eas, quas ſupra recenſuimus quæ à proprijs
fontibus emanant, datur alia actio, quæ è
proprio fonte non ducitur, nec opus naturæ
eſt, & voluntaria dicitur actio; vti diximus,
& muſculis perficitur, in triplicique
compoſitione corporis reperitur: Secun- B
dæ uidelicet, & Tertiæ; Vt manus, quod
apprehendit, retinet, & dimittit; prout totius
actiones fiunt, quæ ad libitum ſunt. Iſtæ
etiam conſiderandæ ſunt, utrum ſolum ab
uno tantum muſculo, an pluribus fiant.
At quia talis actio uoluntaria, naturali ſæpe
coniungitur (ut de reſpiratione, de excre-
tione, tum fœcum, tum urinæ: quæq; per os
expuuntur) etiam de tali actione coniuncta
conſideranda erunt, non ſolum ratione con C
ſeruationis: ſed etiam ratione curationis.
Sed quia, cum de actionibus mentionem fa-
ceremus, diximus eas ſine membris
non poſſe fieri, ideo membra
erunt conſideranda.

A CAPVT SEPTIMVM
De membris.

Cvm membrum ſit illud, quod actiones facit, opuſq; naturæ perficit, tractatus de ipſo hęc erit ſeries. Primò de quidditate. Secundò de numero dicemus. Quidditas habetur ex Auic. 1. 1. d. 5. cap. 1. qui membrum corpus eſſe ait, quod ex prima humorum
B commixtione generatur; nempè ex ſemine, ac ſanguine menſtruo. Numerum membrorum habebimus, ſi nouerimus quot ſint corporis conſtitutiones. Eſt itaq; triplex corporis conſtitutio. *Gal. diff. morb. 3.* ſimilarium ſcilicet, Organicorum, & totius. Quæ conſtitutiones diuiduntur, & ſubdiuiduntur in partem vnam, atq; viginti; vti ex earum diffinitione, ſeu deſcriptione patebit, non numerando tamen, quæ reperiuntur in brutis.
C Organica in plurimas partes, iuxta totius diuiſionem, quod in tres partes diuiditur: In ventrem ſuperiorem, medium, & inferiorē. Sed cùm totum ex ſimilaribus, & organicis; & organica ex ſimilaribus conſtent: primùm omnium à quidditate ſimilarium incipiendũ videtur. Eſt itaq; membrum ſimilare. Gal. 1. natu. facul. 6. 1. ele. 9. 8. decre. Hip. 4. quod ſi

diuida-

diuidatur in partes, vnaquæq; pars habet ratione m alterius partis, ac totius; nec vlla eſſentialis differentia ſenſui apparet: & vnaquæq; earum ſic diffiniri poteſt; ſumpto initio à pilis tanquàm ab eis, qui primò aſpectu ſeſe offerunt. Eſt igitur pilus ſimilare corpus frigidiſsimum, & ſicciſsimum, continuum, oblongum; à calore agente in materiam fumôſam, & viſcoſam progenitum, ornatus gratia; & non in quacunq; corporis parte reperitur, vti ex Gal. 1. de temp. vltimo 2. eiuſdem 5. 4. metho. med. 18. A

Cuticula, ſiue corium, ſiue epidermis ſic à Gal. diffinitur de cauſ. morb. 6. vt ſit quoddã veluti velãmentũ, atq; amictus animali cognatus: cũ neq; coctionẽ: neq; alimenti digeſtionem, neq; ſanguinis generationem, neq; pulſum, neq; reſpirationem, neq; voluntarium motum, neq; omninò operationem vllam afferat animali; ac propterea, cùm omnium partium ſit extrema, non abſq; ratione, totius corporis excipit excrementa, ex 1. de temp. vlti. 11. de vſup. 15. & 2. eiuſdem 6. & 16. Nec non ex lib. an ſang. in arte. contineatur 3. poteſt ſic diffiniri; vt curicula ſit corpus ſimilare cooperiens totum corpus, veluti velamentum coaleſcens ſi diſperditur; & excrementa tertię digeſtionis ſuſcipit, temperatiſſimaq; eſt, & medium ſenſus; facillimeq; ab B C

igne

A igne excoriatur, & à cute interna ſepara-
tur, poroſaq; exiſtit.
Cutis, quæ immediatè ſub cuticula exiſtit,
pro certo membro ponetur; Et ſi, quemad-
modum ait Gal. 2. metho. 15. ſecundum va-
ria loca reperitur; ſubcuticula tamen poni-
tur in medium; & eſt corpus tenuiſsi-
mum, non coaleſcens ſi diſperdatur; alba, exan-
guis, poroſa, excrementa tertiæ digeſtionis
ſuſcipiens, inſtrumentumq; ſenſus exiſtens.
Quæ quidem aliquando partibus internis ad-
B hæret, vt ab ipſis non poſsit ſeparari. Ex Gal.
locis ſuperius citatis de cuticula, necnon 4.
anima. ad al. 2. & 4. apho. 77.
Sequitur adeps, ſeu pinguedo, ſebum, ſeu
unctio, axungia, lardum, ſagina, vnguen; cùm
omnia ex eadem materia, ac agente orian-
tur, pro diuerſitate tamen animalium, diuer-
ſa nomina & facultates ſortiuntur. Gal. 4.
ſimp. medic. facul. 6. Argen. 2. artis med. 60.
Nos tamen ſub nomine adipis omnia com-
C plexi ſumus ad mentem Gal. 1. temp. vlt. 16.
a ſup. 2. ipſum ad hunc modum diffinimus.
dicentes eſſe corpus ſimilare, inſtar olei,
pinguis, ex parte pinguiore ſanguinis ge-
nitum, corporibuſq; ſiccis adhærens per-
petuò, vt humectet; à frigidaq;, & terreſtri
facilè concreſcens, terminuſq; partium exi-
ſtens, temperie humida, ac calida reſpecti-
uè;

uè; & ſi concreſcat, à frigido.

Cùm membrana aliquando inter compoſita membra connumeretur; (vt eſt videre, à Gal. de diſſectione vuluæ, & ab Argen. 2. artis med. 12. & à Trinca. de aff. hum. corp. 2.) non erit mirùm, quòd variæ ponantur diffinitiones, ipsã videlicet ſentire, & non ſentire. Nos tamen per membranam intelligimus partem illam, qua oſſa circumoluuntur, aut teguntur; Et eſt corpus ſimilare, oſſa cooperiens, ne ligamenta, & tendones ab oſsibus patiantur; lentoq; humore nutritur, denſæ ſubſtantiæ, temperie ſicca, ad cutim comparata; per Gal. 2. temp. 4. 3. natu. facul. vlt. 6. Apho. 38. 1. vſup. 17. A B

Ligamentum ſic diffinitur; quòd ſit corpus ſimilare, quod ex oſſe initium habet, & oſſi coniungitur, album, exãngue, expers ſenſus, & concauitatis; lentoq; humore nutritur, & temperie ſicca, cuti comparatum. Quod ex Gal. 1. vſup. 2. 5. & 17. 1. temp. vlti. 3. natu. facul. vlti. 2. de oſsib. 1. primi. anat. adm. 4. & vlt. motu muſcu. 1. C

Simile quid ligamento eſt tendo; & ſæpe pro ligamento ſumitur; diffiniri autem poteſt adhunc modum; vt ſit corpus ſimilare, nec omninò expers ſenſus, terminans muſculos cum oſsibus, album, exangue, expers concauitatis, lentoq; humore nutritur, ſicca

A temperiei. Ex eiſdem locis Gal. de ligamento.

Licet fibræ, & villi pro eodem videantur poni à Gal. 5. vſup. 11. & ab Aui. 1. 1. d. 5. cap. 1 dicerem tamen loco differre: nam fibræ in ſanguine reperiuntur; vt eſt videre in ſanguine animalis recens occiſi, & ſanguine expreſſo; villi verò in pluribus partibus noſtri corporis reperiuntur, vt inteſtinis, vtero, veſica, corde, & ſimilibus, vt Gal. quod Ani. mor. 7. & 1. de ſem. 8. ad perficiendas ani-
B malis operationes. Non tamen refragarer, ſiquis diceret, quòd poſsint vnica diffinitione compræhendi, in hunc modum: quòd ſint corpora ſimilaria, ad actiones membrorum procreata, ex ſemine genita terrena, & ſolida, ſiccæq; temperaturæ, ſi ad cutim comparentur, ex Gal. 1. de ſem. 8. 2. temp. 4. 3. natu. facul. 8. 5. anat. adm. 5. 5. vſup. 14. quod anim. mor. 7. ex Arg. 2. act. med. 57.

Oſſa in hunc modũ diffiniri poſſunt: Quòd
C ſint corpora ſimilaria, ſtabilimentum, & propugnacula oĩum membrorũ, tẽperie frigida, & ſicca, terreſtria, dura, quæ inciſa non coaleſcunt, medullaq; nutriuntur, aut quodam ſimili; quod per venas ad ipſa defertur. ſic Gal. 1. vſup. 15. 7. eiuſdem 3. 4. 19. 11. eiuſdem 18. 16. eiuſdem 2. 3. natu. facul. vlti. 7. anat. adm. 3. de oſsi. ad tyro. 1. Secũdo temp.

2.&4. 2. elem.1.9. decret.vſup. penult,

Oſsibus cartilagines aſsimilantur, & ſunt A
ferè eiuſdẽ naturæ,ſed molliores, mucoſoq;
potius quodam humore nutriuntur; à natura procreatæ; vt oſſa oſsibus anne&cantur: & in reliquis cum oſsibus ſunt communes, ex Gal. eiſdem locis de oſsib. ennarratis.

Licet caro non per ſe, ſed ſemper alicui miſta reperiatur,& intelligatur de ea,quæ in muſculis eſt, vti Gal. 2. temp. 3. plurimæq; ponantur ſpecies: Nos tamen carnem intelligimus, vt eſt corpus ſimilare: quam diffinientes dicimus, quòd ſit temperaturæ calidæ, & humidæ, mollis,ſenſus expers, ex ſanguine genita; quæ ſi deperdatur,de nouo generatur, vacuiq; eſt repletio; propugnaculum aduerſus æſtus,& frigora,ex Gal.2.temp. vlti.7. anat. adm. 3. ex Auic. 1. primo. d.3. 1. & 5. prim. B

Verùm quia caro ſæpè nominatur affuſio, aut parenchyma, ideò etiam de affuſione eſt dicendum, ſeu parenchyma. C

Eſt itaq; membrum ſimilare, quod membri alicuius carnem ſignificat, vt epatis, lienis, cordis, renum, & ſimilium: Eſt tamen animaduertendum, quòd affuſio nunquam ſignificat carnem,niſi cum membri adiectione, vt Gal.2.temp.3.& 7. anat.adm.3.&4.

Cum tunica, plexus, retiformis, pellicu-

la,

la, panniculus ſub nomine membrana à Gal.
A viciſsitudine quadam pro eodem ponantur,
iſq; eos redarguat, qui volunt hæc ab inui-
cem ſeparare, vt 4. vſup. 4. & 4. eiuſdem 13. q
& 5. anat. adm. penult. Et pluribus in locis
eiuſdem libri. Anatomici tamen videntur
talia ab inuicem ſeparare, vt veſalius mundi-
nus, Zerbus locis proprijs, dicentes: *Gal.* 6.
anat. adm. penult. quod tunica dicitur operi-
mentum, & tegumentum propriè de tunicis
veſicarum, vt vrinæ & fellis, ac venarum, &
B arteriarum ac vuluæ. Plexus, vt uentriculi tu-
nica tam intra, quàm extra. Nec non ſumi-
tur, pro corpore ſimilari, quod cauitatem in
ſe habeat, & aliquid contineat; atq; ſit me-
dium inter duo corpora aliquando. *Gal.* 4.
vſup. 13. pro retibile etiam dicitur. Pellicula
eſt, qua membra cooperiuntur, ut corpora
cuticula, ut epar, lien, cor, pulmo, renes, &
ſimilia. Panniculus eſt corpus, quod carnem
muſculoſam ab inuicem ſeparat *Gal.* 1. *de ſem.*
C 7. Membrana dicitur de corpore ambiente
uti ſupra, aliquod corpus, mediatè, aut
immediatè, ut de pericraneo, pia matre, &
dura matre. Omnia ſupradicta corpora ſi-
milaria connumerantur à Gal. locis citat. &
ſunt frigidæ, & ſiccæ complexionis, humo-
req; lento nutriuntur, quod ſi ſolutionẽ con-
tinui patiantur, non uniuntur, & ſimile, &

loco

loco ipſorum aliquid generatur.

Et ſi medulla, quæ in cauitatibus oſsium continetur, etiam pro cerebro, ſpinali, dorſali, & ceruicali dicitur medulla, & ſub cute pluribuſq́; in locis. uti Gal. 5. locis aff. 3. motu muſcul. 1. Quòd omnia intra oſſa exiſtant; differunt tamen: Nam quæ cerebri, ſpinalis, dorſalis, ceruicaliſq́; dicitur, ea eſt, ex qua nerui tenduntur. Quòd non ſit ex ea, quæ in oſsibus uiget. Et medulla primo loco ſumpta, pellicula inuoluitur. quòd non eſt dicendum, de ea quæ ſecundo loco collocatur. Intelligentes itaq́. medullam eam, quæ in oſſibus reperitur, & ſub cute, alijſq́; in locis, ipſam diffinimus, ut ſit corpus ſimilare, temperie frigida, & humida, cuti comparata: qua oſſa nutriuntur, & emolliuntur, tùm etiam partes circumiacentes: defectu ſanguinis nutrimentalis nutriuntur, humectantur. & emolliuntur. quæ proprietas maximè eſt idonea, non ſolùm intra corpus, ſed extra applicata, Galen. 2 temp. 3. 11. uſup. 18. 3. natu. facul. ultimo 11. ſimp. facull. de medulla 2. ad glau. de ſirrho.

Nerui licet membranis, aut pelliculis cooperiri uideantur, ut Gal. 7. decre. Hip. 5. tamen inter ſimilaria connumerantur, atq́; diffiniri poſſunt, quòd ſint corpora ſimilaria, frigida, dura, exanguia eadem, quæ cerebri

A ſubſtantia, ſpinaliſq; medullæ, à quibus originem habent. Deferunt ſenſum, & motum cunctis partibus ſentientibus,& mouentibus: perforati, ac non perforati dici poſſunt: lentoq́. humore nutriuntur, & ſunt ſenſus,& motus inſtrumenta. Gal. 2. Apho. 26. 2. temp. 1. 7. decret. Hip. ferè per totum. fætu: form. 5. 1. uſup. 16. 7. eiuſdem 14. neru. diſſect. 1. 5. natu. facul. ultim. 12. uſup. 3. & quomodo inſtrumenta 2. uſup. ultimo.

B Arteria eſt corpus ſimilare, originem trahens à corde, deferens ſpiritum, virtutemq́; vitalem ad membra, ad ipſorum viuificationem: dupliciq́; tunica conſtat. Sanguine proportionato nutritur, pulſus eſt inſtrumentũ, temperie frigida, & ſicca: Facit ad cordis ventilationem: Non renaſcitur, ex ſe ipſa mouetur, exanguis, ſenſusq́; expers: cordis eſt ſubſtantia Gal. 6. in 6. vulg. 1. 1. vſup. 10. 3. natu. facul. 14. fætu form. 1. 1. de ſem. 10. 2. natu. facul. 2. & 6.

C Venæ, cum ad ſanguinis generationẽ ſint datæ à natura, vti Gal. 1. vſup. 16. Secus tamen idem 4. eiuſdem 17. ſunt corpora ſimilaria frigida, exanguia; originem ab hepate habentia. Sunt autem inſtrumenta deferentia ſanguinẽ per vniuerſum corpus, pro eius nutritione: Expertia ſenſus & motus: ſimplicibus tunicis: Nutriuntur ſanguine pro-

portio-

portionato. Gal. 1. temp. vlti. 1. vſup. 16. 6. decret. Hyp. vlti. 2. natu. facul. 12. 2. ſanit. A
tuend. vlti. 16. vſup. 12. 6. eiuſdem 2. & ſunt inſtrumenta 2. vſup. vlti. & arteriæ.

Vngues licet inter ſimilaria connumerentur à Gal. 2. anat. adm. vlti. cum tamen ex oſſe, neruis, & cute cõſtent, vt idem Gal. ſup. ſunt corpora ſimilaria à natura conflata, ad digitorum firmamentum, ac munimentum. Augentur, vt pili: terminant digitos, & ſcalpendi facultatem habent, ex Gal. 2. anat. adm. ulti. 1. uſup. 7. & 11. In animalibus non ſolùm B
propter ea, quæ dicta ſunt: ſed tanquam arma exiſtunt ad pugnandum: Hinc ſolidiores, ac duriores in ipſis reperiuntur. Præter enumerata corpora ſimilaria, in brutis animalibus inueniuntur etiam longè plura; quæ, ne ab inſtituto digrediamur, opera conſulta prætermittimus: Sunt autem cornua, calcaria, ſquãmæ, pennæ, roſtra, quæ compoſita videntur. Quorum ſi quis ſibi uelit comparare cognitionem, adeat Ariſt. cum coment. C
3. part. ani. 2. 3. Hiſt. ani. 9. quibus in locis eſſentiæ illorum ſatis abundè explicantur. Deinceps de compoſitis membris.

A

CAPVT OCTAVVM
De enumeratione partium Capitis.

EXPOSITIS ſimilaribus, ſeries ac ordo requirit, ut accingamur ad compoſita recenſenda. Quæ incipiendo à uentre ſuperiori, proſequemur. Per uentrem autem ſuperio-
B rem, intelligo ipſum caput; vſq; ad primam vertebram colli, excluſiuè; cuius ſunt partes numero tres atq; triginta. Oculus, ſcilicet, naſus, aures, bucca, lingua, palatum, frons, tempora, mentum, ſupercilia, palpebræ, genæ, maxillę, mandibulę, labra, guttur, dentes, fauces, tonſillæ, vuea, columella, gurgulio, epiglottis, gingiuæ, muſculi, glandulæ, caruncul æ, tuberoſitates, craneum, cerebrum, cerebellum, ventriculi, retiformis.

C Ordiamur igitur ab oculo tamquam à nobiliori, & eccellentiori inter reliqua organa ſenſuum exteriorum.

Eſt autem oculus corpus compoſitum ex membris, tum ſimilaribus, tum compoſitis; actioni viſibili deſeruiens, in eminentiori 10. vſup. 1. vſus ad 12. Gal. parte corporis collocatus; duobus angulis conſtitutus, & palpe

bris

briſ duabus: Tribus humoribus, ſeptemq; tu A
nicis; pluribus muſculis mouentibus ipſum,
in partem ſuperiorem, inferiorem, dextram
ſiniſtram, ſurſum, deorſum & in modum cir-
culi, ad quem nerui obtici deferentes virtu-
tem viſibilem perueniunt, & in quem hæc ſi-
milaria: Adeps, caro alba, vena, arteria, ner
ui exiſtunt, & pupilla, ſeu acies oritur. Angu-
li, & ipſi compoſiti ſunt ex pluribus partibus
ſimilaribus, in quibus lacryma exiſtit, & can
tos dicuntur. Humores ſunt: vitreus, albu-
gineus criſtallinus. Tunicæ, quæ in parte an B
teriori, ſunt coniunctiua ſiue adnata, cornea,
vuea, ſiue rhagoides, & aranea. In parte in-
teriori ſclirotica ſecundina, Retina, de qui-
bus omnibus differendum eſt: ſed cum inter
humores, criſtallinus ſit, qui ad viſionem fa-
cit, primum de ipſo dicemus: Eſt itaq; criſtal
linus humor, corpus ſimplex album, ſplendi-
dum, lucidum, non omninò rotundum: loca-
tum in medio humorum; viſionem faciens:
Quod glaciale, & grandineum dicitur, ob re C
rum ſimilitudinem, vitreus dictus, propter
vitri ſimilitudinem: Eſt & ipſe corpus ſimi-
lare, medium in corpore inter criſtallinum,
& ſanguinem: ipſo nutritur criſtallinus, & ſe-
paratur ab ipſo cornea. Albugineus, ab albu
mine oui ſic dictus, eſt ante ipſum criſtallinū:
Et eſt veluti ſuperfluitas ipſius criſtallini, ab

A ipſoq; ſeparatur aranea mediantibus panniculis, qui ſeptem ſunt; quorum primus, (vt ab interiori parte incipiam) eſt propè os, adeò, vt contingat ipſum, & ſcliros dicitur; quia eſt duræ ſolidæq; ſubſtantiæ. Ipſum ſequitur panniculus nomine ſecũdina. Tertius dicitur retina: panniculus, qui vitreum humorem circundat. Quartus tela aranea, qua criſtallinus ſeparatur ab albugineo humore. Antè albugineum eſt rhagaida, ſiue vuea. Ante vueam eſt cornea, pro ſexto panniculo.
B Ante corneam eſt coniunctiua, quæ cooperit totum oculum, præter aciem, ſeu pupillam: cuius opera fit viſio, ex Gal. 10. vſup. per totum & anato. Viuo. libro & à veſalio tũc 1.2. & 7. lib. locis proprijs, ab Ariſt. de ſenſu, & ſenſ. à Gabri. Zerb. in anatomen oculorum. Oculus cum pluribus partibus conſtet, vti diximus, ſic tamen definiri poteſt, vt ſit membrum compoſitũ in ventre ſuperiori ac eminentiori parte collocatum; temperie frigida,
C & humida; viſioni deſeruiens.

Palpebra eſt membrũ compoſitum ex pilis adipe, cute, cuticula, cartilagine, & muſculis: Munimentũ oculorũ. Cùm aũt duæ ſint, ſuperior, & inferior; ſuperior facit ad conciliandum ſomnum, prohibens lucem, ne ingrediatur oculum; quod ab inferiore non fit, ſunt natura ſiccæ. Gal. 6. Apho. 52. inſt. odora. vltimo

mo 10. vſup. 6. Auic. 1. 1. doc. 5. ſum. 2. 5. cap. A

Cantos, quæ eſt tertia oculi pars, ſiue angulus, aut lacrymale oculorum; Eſt membrum compoſitum ex carne & adipe, & duplex eſt: in parte namque, quæ vergit ad naſum vna: Altera, in parte verſus tempora, horum vſus eſt, expellere ſuperfluitates oculorum, Gal. 10. vſup. 11. pupilla eſt oculi quarta pars, qua fit viſio; alio nomine acies, & coridicta.

Naſus eſt membrum compoſitum ex ſimilaribus, & compoſitis; quatuor orificia habens: quorum duo vergunt ad os; Tertium B cum palato: Quartum cum caruncculis. A natura autem factus eſt naſus, vt ſit inſtrumentum odoratus; atq; excrementa cerebri expurget: aerem attrahit, & ad ſonum litterarum iuuat. Plures quidem ſunt partes ſimilares; vt caro, cutis, pilus, os, cartilago, & reliquæ: In præſenti tamen ſolùm mentionem facimus de cartilagine, & oſſe. Nam cartilago ſecundum ternarium numerũ conſtat: Media facit, vt ſuperfluitates, à cerebrò de- C ſcendentes, modò in vnam partem, modò in aliam declinent: Reliquæ duæ faciunt, vt muſculi non ſine medio coniungantur oſsibus; quæ oſſa numero ſunt duo: nòn tamen enumeratis oſsibus triangularibus, neq; enumerato oſſe naſi, quod ſeiungit nares ab inuicem. Sunt autem exilia, & leuia, vt cum leui-

A tate ſint firmamentum muſculorum. Naſi partes compoſitę ſunt, muſculi, pinula, & alæ; quæ motu voluntario mouentur. Hæc Zerbus de Anat. naſi. plura Gal. de inſtrum. odor. de oculis, & veſſa 1. cap. 8.

Aures ſunt membra compoſita, tum ex ſimilaribus. tùm organicis. Similaribus, vt carne, cartilagine, cute, pilis: organicæ ſunt plures; nam pars illa, quæ totam auris complet circumferentiam; helix dicitur; Expanſæ, ſiue euolantes pterigomata; Quæ verò B curuatæ, & ſuis extremitatibus anterius replicatæ cybades .i. cubi ſimiles: ſub quibus ſemicirculus is, qui in gyrum reflexus, in acutum definit xiſter; quod verò in medio ex concauitate ſupereminet, anthelix: Concauum, quod ſubtus iacet conchilium: Tragos autem eminentia, quæ ex eius oppoſito: Anthibolis verò extremitas helicis: cuius rotundum foramen in medio collocatum auditus, vocatur porus; cui lobium, lobos, aut C lobus ſubiacet particula carnoſa, & pinguis, extremæ annexa auriculæ; quæ verecundis magis rubet, Ariſt. 33. part. proble. quàm facies; Huic parti armillæ metallicæ, & precioſæ appenduntur. Aures auditui deſeruiunt, excrementaq; cerebri expurgant, cūq; partes ipſorum ſint cartilaginoſæ, conſtituemus ipſas frigidas, & ſiccas; licet aliqui dicāt

cal. &

cal.& humid. plura ex Gal.11.vſup.12.inſtru. odora. & de oculis Ariſt. 1. Hiſt. ani. 11. 5. gene. ani.2. Veſal.1. 36. & 6. 15. Zerb. de auris anat. A

Bucca ſiue os, eſt ea pars, qua ingeruntur omnia in ſtomachum, & per quam fit reſpiratio, ac voces emittuntur. Huic parti plurima membra deſeruiunt. ex Gal. 16. vſup. 6.Veſſ.2.16. Sed cum 1. labia appareant, de ipſis primo dicemus.

Labia, ſeu labra buccæ, ſeu oris, ſunt corpora compoſita ex ſimilaribus, & compoſitis: Veluti, & muſculis quatuor, ex Gal.11. B
vſup. ſimilaria, veluti caro lacertoſa, cutis, panniculus ad decorem, dentiumq; tutelam, & ad ſermonem retinendamq; ſaliuam, ad maſticationem, & ad claudendum naſi orificia in neceſsitate: Tum ad claudendum os, ne aliquid exeat, aut ingrediatur præter voluntatem: Nec non ad ſibilos edendos. Horum complexio ſanguinea eſt. Ex Gal.11. vſup. 13. & 16. Aui. 8. 3. trac.1. 11. Ariſt. 2. C
part. ani. 16.

Gingiua, maxilla, mandibula; eò quòd ex ipſa gignantur dentes, aut maxillentur, & mandantur, ſeu conterantur alimenta; licet videantur inter ſe differre, tamen non differunt ratione vſus. Nam dentes inſeruntur, & dentibus deſeruiunt. In eo autem diffe-

runt;

runt; quòd mandibula à Veſalio ſumitur pro
A offe tantum, cui dentes ſunt inſerti. Nos
autem ſumimus gingiuam ſeu maxillam, mandibulam, pro omni eo, in quo dentes non ſolùm ſunt inſerti: ſed quo etiam firmantur, & roborantur. Erit itaq; membrum compoſitum ex pluribus ſimilaribus; præter tria quæ de neceſsitate inſunt in omnibus membris compoſitis; vt nerui, arteriæ, & venæ: etiam reperitur caro, os, villiq. plurimi, oriſq; multi fida, ideſt in plures partes, foramina
B diuiſa. Eſt autem duplex: ſuperior ſcilicet, & inferior. Quæ partes rurſus diuiduntur in duas: In dextrã, & ſiniſtram. A natura conſtituta ad gignendos, corroborandos, & firmandos dentes: perſæpe etiam ad commanducandum dentium defectu, Gal. de comp. med. ſecum locos cap. proprio, & Ariſt. 1. Hiſt. ani. 11. & ex anato. iam enarratis.

Dentes, quamuis interdum inter ſimplicia membra connumerentur, eò quòd oſſei vi-
C deantur, aliquandò inter compoſita, propter earum operationem. Nos tamen ſumentes dentem, non ſolùm pro oſſea parte; ſed etiam pro parte, quà gingiuæ adhæret: quæ videtur referre ſpeciem cartilaginis, neruis multis admixtæ, inter compoſita connumerauimus. Erit itaq; dens membrum compoſitum ex oſſe, cartilagine, neruoſaq; ſubſtantia:

Qui

Qui in gingiua veluti in alueolis, & præſepibus infiguntur: A natura dati, ad incidendũ, A
frangendum, & conterendum,& vigorandũ; quorum numerus eſt triginta duo. Quatuor nanq; inciſorij in parte anteriori: ſubſequuntur canini quatuor: mox ſexdecim molares: quatuor denique vigoroſi. Hunc verò ordinem in gingiuis ſortiuntur. In anteriori parte duo inciſorij, in vtraq; gingiua, quibus canini vtrinq; adhærent: caninos quatuor molares ſequuntur. Hinc duo vigoroſi ab vtraq; parte, in vtraq; gingiua Gal. de oſsibus, & B
11. vſup. 8. different. morb.8. & ex anato. ſupraſcrip.

In anteriori parte buccæ inuenitur panniculus, qui eſt operimentum ipſius, denſiorq́; exiſtit, & durior panniculo, ſeu tunica æſophagi. Adiuuat hic panniculus cibum in re quadam alterando immutatione, quo naturæ fiat propinquior, ſtomachoq́; fiat illius tranſmutatio facilis.

Lingua eſt membrum compoſitum ex pluribus ſimilaribus, vt carnefungoſa, laxa, rara, C
poroſa, pelliculaq́; circundatur, pluribus deniq́; muſculis ſcatet: qui tot numero ſunt, quot ſunt actiones voluntariæ, quæ pœnè infinitæ ſunt; nam extra os protenditur, & ſæpè excrementa naſi expurgat, vt in pueris. Hinc videtur circumuolui, & circa dentes in

gyrum

A gyrum vertitur: & ſi quid in ipſis reliquiarum cibi eſt, extrahit, & abſtergit. Locutionem format, & vocum articulationem, litterarumq; explanationem: ſapores dijudicat: qualitates percipit ſecundum paſſiones, & paſsibiles qualitates. Perficit loquendi opus, ſecundum mentem; omnes deniq; guſtus proprietates percipit, & commãducationi deſeruit. Commodè ipſam diuidere poſſumus in quatuor partes: in ſuperiorem, in feriorem, cuſpidem, & radicem: tota
B muſculoſa eſt. plura ex Gal. 11. vſup. 14. 4. ſimp. med. facul. 15. anato. viuo. Aui. 6. 3. 2. & ex relatis anato.

Raninæ venæ ſub lingua duæ reperiuntur, magnæ, virides; ex quibus plurimæ prodeunt venæ, quæ in paſsionibus linguæ anginæ, & partibus circumiacentibus ſecantur.

Pori duo ſiue duo orificia, aut foramina, aut ora, ſiue hauritoria ſunt, qui rorem ſalivalem in lingua conſeruant: tum vt hume-
C ctetur ipſa, & in guſtando coadiuuetur.

Caro glandoſa, alba, generatrixq; ſaliuæ, propè os eſt, quæ humiditatẽ ſuſcipit phlegmaticam, ne in ardẽtibus paſsionibus deſiccetur. Plura ex Gal. de his tribus 11. vſup.

Inter venas raninas, & gingiuam inferiorem ac interiorem quædam eſt pars, cui à nullis, vt potui videre, nomen inditum fuit proprium

prium nec expoſitum cuius ſit vſus. Ideo, & A
mihi ſilentio inuoluetur.

Palatum eſt oris cœlum, rugoſum, concauum; ex oſſe cartilaginoſo, & panniculo conſtructum, ac compoſitum; ſed panniculo linguæ duriore. Ad retinendum cibum, aeremq; vocalem, vociſq; iterationem; cibi deniq; agilis iterationem: Meatum habens, quo cerebrum expurget ab immunditijs; baſim ipſius ſubiacet, & colatorium dicitur. Cum naſo colligantiam habet mediantibus orificijs, quibus ſæpe ea quæ per os aſſumuntur emittuntur, Gal. 11. vſup. 19. Auic. 1. 1. doc. 5. 2. B

Columella gurgulion, gargareon, vua vlula, vuea vuida, eſt membrum compoſitum, ex pluribus ſimilaribus, carne, venis, arterijs, & neruis. Vnde efficitur caro rara, & ſpongioſa, cuius figura eſt ad formam grani vuæ à qua nomen ſumpſit: Complexionis calidæ, & humidæ. Supereminet foramen anhelitus vti digitus fiſtularis ſupra foramem fiſtulæ, & inter duas amigdalas, pars anterior pendet; C radix verò palato adhæret, in ea parte qua ſupereminet Iſophago & epiglottidi; declinãs ad partẽ anteriorem oris: ſupra epiglottin, aperto ore, depreſſaq; lingua cernitur; Plurima commoda præſtat, ad vocis magnitudinem, perdurationem, corroborationem, modulationem, vociſq; formationem, & de-

corem:

A corem: ſua quantitate cuſtodiam faciens ſuper exitum vocis, non ſinens hinc inde aerem vocalem à pulmone emiſſum diſſolui, & diſpergi: occurit aeri externo, & vehementiam ipſius frangit, gradatim ipſi permittens ingreſſum ad pulmonem: prohibet ne excrementa cerebri ad pulmonem, & ad ſtomachum accedant: quinimò puluerem, & fumum, quæ ſua natura lædunt ipſum pulmonem, & vocis inſtrumenta: Gal. 11. vſup. 11. 6. comp. med. ſecu. loc. cap.prop.5.eiuſdem
B 8. de oſsibus 8. Aui.9.3. 1.1. Auer.2. colligit, vueaq́; lacertos habet duos, qui adiuuant ipſam in deglutiendo, & voce emittenda.

Alguaſmata ſunt duæ pelliculæ, quæ ſubiacent vueæ, quorum ſubſtãtia eſt carnoſa, panniculoſa, cartilaginoſa, pendentes à palato, ſub vuea, illi annexa; cooperientes orificiũ epiglottis, ſeparans ipſum ab æſophago: Et eſt ſitum in poſteriore parte: Aperitur, homine loquente, ridente, aut canente. Hinc
C fit, vt ſi homo deglutiat cibum, vel potum cũ loquitur, aut ridet aut canit, ad epiglottin tranſeat cibus, ſtrãguleturq́; homo & tuſsiat, quoad ingreſſum emiſerit. Hæ pelliculæ cooperiendo caput cannæ pulmonis, multiplicant adiumenta vueæ.

Hypodiris eſt locus in vltimo gutturis, latus, adenoſus ſuſcipiens ſuperfluitates. Hoc

in

in loco quatuor lacerti gutturis, & viginti laryngæ exiſtunt qui de facili inflammantur, A nec eorum inflammatio cerni poteſt ore aperto. Zerb.

Os laudæ ſiue Ioydeum, ad differentiam oſsis laudæ cerebri; quod verè os non eſt, ſed potiùs cartilago, ſitu, & colligantia poſitum inuenitur. Hoc os in gula collocatū eſt iuxta laryngam, inſtar ſcuti defenſorij, ne labatur hinc inde; ſed fixum maneat in proprio loco. Natura ipſum multis modis ſtabiliuit: Tum muſculis æquipotentibus; tum ligamentis B fortibus; Tùm cartilaginibus, tum panniculis circumpoſitis: ad firmandum ipſum. Copulatur autem, & nihilominùs per membranam quandam non modo ad laryngā, & epiglottidem: Sed etiam ad æſophagum: Cuius vſus eſt, vt ſit præmiſſorium defenſionis cartilaginis ſcutiformis, & fundamentum linguæ, cui affigitur, & immittitur. Plurimæ linguæ muſculorum ex eo ſunt, deſeruientes muſculis laryngæ, ſpatulis, gutturi, pectori, & linguæ. C Gal. 7. vſup. 9.

Epiglottis, ſiue clauſtrum ſiue fiſtula, ſiue glottida eſt membrum compoſitum ex membrana cartilagine adipe, neruoſaq; ſubſtantia: carne molli, ſita in foramine capitis arteriæ tracheæ inſtar linguæ fiſtulæ: huius motus muſculis perficitur, præcipuè ad vocis

organum:

A organum: coopertorium tracheæ, & gutturis; vt ne aliquid exeat, aut intromittatur, abſq; neceſsitate, hora comeſtionis, & bibitionis, & alijs horis, plura ex Gal.6. vſup. 16. 7. cap. 3. 16. vſup. 4. & lib. de voce Ariſt. 1. Hiſt. ani. 3.

Oeſophagus, ſiue deglutorium, & ſi ſumatur ſæpè pro illa parte, qua intromittitur cibus, & potus in ſtomachum, ideſt pro gula. In præſenti tamẽ ſumitur pro orificio ipſius gulæ: Eſt autem membrum compoſitum ex car-
B ne neruoſa, & tunicis pannicularibus: & eſt aditus in ventriculum per gulam. Gal. 5. de interio.4. & 2.

Larynga, ſiue nodus gutturis, ſiue orificiũ tracheæ arteriæ aut caput: Eſt membrum ex tribus cartilaginibus plurimis muſculis, duobus additamentis inſtar clepſydræ, ideſt illius vaſis, quo mulieres Ioco irrorant viridaria, compoſitum: vocis principaliſsimum eſt organum, quo vox comprimitur, & dilatatur.
C Prohibetq; alimenta ingredi in tracheam. plura Gal.6. vſup.24. & 16.cap.4. Zerb. anat. in proprio cap. ſeu capitibus.

Eſt præterea pars quædam in ore extra dentes, quæ ſimilis eſt carni glandoſæ, cooperta pellicula in qua vlcera nomine aphta fiunt. Hæc de oris partibus.

Mentum, in quo ficoſi affectus inſunt, vt Gal.5.

Gal. 5.comp.ſecũd.loc.eſt membrũ compoſitum ex pluribus ſimilaribus tum muſculis ſub ore immediatè collocatum, ideſt ſub labio inferiori,&perſæpè in acutum deſinit,raroq́. bipartitum eſt, in eo pili oriuntur, qui ab aliquibus ornatus gratia non incidũtur, nec abraduntur, more Hiſpanorum: cum genæ, & aliæ partes ſoleant pilis nudari. coniungit mandibulas, ſeu gingiuas, ita vt difficilimè inuicem moueantur:& ſi oſſa in omnibus par tibus noſtri corporis abinuicem ſeparentur, videntur tali ligamine iſta duo colligari, vt non dimoueantur Gal. introduct. Zerb. A B

Genam ſumendo pro parte illa, quæ media eſt inter pomum, & mentum: ipſam eſſe dicimus membrum compoſitum ex pluribus ſimilaribus,nec nõ muſculis, vt eſt videre, nã extra,cuticula,cutis:intus pãniculus eiuſdem naturæ cum palato, carnoſaq; tactu exiſtit, mollis, vt extendi poſsit: hinc facile ab aere cibo, & potu extenditur. A natura creata ad gingiuę dilatationem,ac ne,quod aſſumitur, exeat, in multis præterea animantibus genæ faciunt ad ruminationem, nec non ad dentium tutelam vnà cum labijs,à frigore,& nociuis occurrentibus. Zerb. C

Poma, ſeu mala verò,quæ etiam genæ non rarò dicuntur, ſunt partes hæ, quæ colligantiam habent cum oculis,naſo,temporibus,&

auri geniſq. formam pomi habentia. ſunt mē
A bra compoſita ex ſimilaribus, vt carne oſſe, cute, cuticula, nec non & muſculis: hæ ſunt, quæ in mutatione cordis mutantur, ac rubent in verecundia. Vnde Ennius: pandite quæſo genas, & corde relinquite ſonum. pilis nudantur, nec opperiuntur, niſi raró, ac in paucíſsimis, ferinamq. demonſtrant naturam, ſimul etiam in ethica rubent: plura ex Gal. de motibus liquid. 11. vſup. 15. & lib. introd.

Tempora partes depreſſæ in facie, propè
B oculos in fine frontis, ſunt membra compoſita, ex pluribus ſimilaribus, nempè ex carne, cute, neruis, venis, & arterijs, quemadmodũ omnia membra cõpoſita, vti ſupra diximus; nã in omnibus hæc tria reperiuntur, nec nõ ex muſculis. Hic oſſa conſultò omittimus, quorum mentionem differimus in proprium tractatum; à natura data ad eleuationem gingiuæ inferioris, complentq. faciem in lateribus, oculoſq; cuſtodiunt, nec non & neruos
C Zerb.

Frons, quæ in eminētiori parte capitis ſita eſt, temporibus, ſupercilijs, & capillis terminatur, eſt membrum compoſitum ex ſimilaribus vt pannicnlo, carne, pinguedine, & cute, nec non & muſculis ad oculorum tutelã, & eorum eleuationem: ex hac multæ affectiones dignoſcuntur Gal. 11. vſup. 14. Zerb.

Super-

Supercilia ſunt partes illæ piloſæ, quæ ſeparant frontem ab oculis, hæc ſuſcipiunt excrementa ad oculos venientia, ad ornatum faciunt, ad oculorumq́; tutelam Galen. 10. vſup. 7. A

Parotis, ſiue pars illa poſt aures pilis nuda, eſt membrũ compoſitum ex ſimilaribus, atq́; muſculis, ea plurimæ affectiones per abſceſſum terminantur Hip. 4. Apho. 74. Galen. paſsim prognoſt. lib.

Cerebrum, cum ſit membrum præcipuum, in quo aĩa vegetatiua viget, natura ipſum tũ B
ſimilaribus partibus, tùm compoſitis plurimis nutriuit, ne facilè læderetur, & vt excrementa, quæ in ipſo generantur, per plurimas partes ſecernerentur; vt per oculos, nares, aures, palatũ, de quibus iam verba fecimus, ita etiam oſſe circum vndiq́; tectum eſt. plurimæ comiſſuræ in ipſo apparent, quæ ſuturæ dicuntur, vt per ipſas vapores fuliginoſi exhalentur, pro ipſius cerebri expurgatione. Cum igitur mira ſit ipſius cerebri conſtitu- C
tio, & lucida ſit, & perſpicua declaratio, talem ordinem proſequemur: Primò partes extra craneum enumerabimus, vndiq́; velantes ipſum, mox partes nominabimus, Secundum quod in partibus contrarijs reperiuntur. Tertiò ad partes quæ intra craneum deſcendemus, ſingulas ſigillatim enumeran-

A do, mox declarando. Primò itaq; ſeſe offerunt aſpectui capilli, mox cutis. Tertiò caro. Quartò panniculus ſiue pericraneum, immediatè craneum. Partes contrariæ hæc ſunt, in anteriori ſynciput, in poſteriori occiput, dextra, ſiniſtraq; pars lateralis dicitur, quæ intra has quatuor media, quæ vertex dicitur partes intra craneum hæ ſunt. Primo panniculus, nominæ duræ matris. Secundò panniculus, ſub nomine piæ matris. Tertiò cerebrum, ideſt ſubſtãtia medullaris.
B Quartò ventriculi tres. Quintò anchiformis. Sextò vermiformes. Septimò torcular ſiue lacuna. Octauo panniculus reſpondens inuicem piæ matri, ſub ipſo cerebro. Nono panniculus reſpondens duræ matri immediatè ſub octauo. Decimo glandula. Vndecimo infuſorium. Duodecimo rete mirabile. Decimotertiò carunculæ. Decimoquarto os baſilare. Quid autem ſit pilus, cuticula, cutis, caro, require ſupra in ſimilaribus.
C Panniculus, ſiue pericraneum eſt membrum compoſitum ex villis, ligamentis immediatè cooperiens craneum à natura conſtitutum, vt mediante ipſo ſuſtentetur dura mater, cui alligatur, mediantibus neruis, & venis, & vt caro non tangat craneum: nam læderetur ab ipſo: Tertiò, vt mediante ipſo panniculo craneum ſentiat, quæ læſura ſint: quarto vt
iuuare

iuuare habeat in ſtringendo fortiter oſſa cra nei adinuicem: complexio ex textura eligitur, Gal. 9. vſup. 16. & eiuſdem vſup. 8. cùm mentionem facit de dura matre, ac craneo Zerb. loco proprio. A

Craneum, & ſi aliquando ſumatur, pro omni oſſe ventris ſuperioris (quæ ſunt numero ſexaginta, dentes connumerando) in præſenti intelligo tantùm os immediatè continens cerebrum in eminentiori ipſius parte ſecũd. partes contrarias enumeratas, ſcilicet ſynciput, occiput, media, nec non laterales, quæ petroſæ, & veruales dicuntur, eſt membrum oſſeum ſecundum duplicem ſubſtantiam, duram ſcilicet, ac medullatiuam, raram, ſpongioſam, vbi plurimæ ſuturæ conſpiciuntur. Quarum vna coronalis; Secunda ſagittalis. Tertia laudæ. Quarta qua diſtinguuntur petroſa à verualibus. Quinta qua diſtinguuntur petroſa, & verualia ab oſsibus, quæ ſunt in cacumine capitis, ab vtraq; parte. Sexta qua diſtinguitur occiput à nuca. Ex his, tres veræ dicuntur, primæ ſcilicet, duæ non veræ, vltimam appoſuimus, quæ diſtinguit cerebrũ à nuca: ſcio tamen, quòd longè plura ponuntur ab expoſitoribus, & pauciora, prout in viris, aut fœminis conſiderantur, & prout magis apparent, aut non, ſecundum cranei antiquitatem: per has ſuturas fuliginoſi va- B C

A pores expurgantur, & nerui, ac venæ ex interiori parte ad exteriorem prodeunt, â natura creatum, vt ſit tanquàm cerebri galea Gal. 9. vſup. 15.

Synciput eſt illa pars capitis anterioris, quæ ab initio ætatis dura non inuenitur; ſed proceſſu temporis induratur, & terminatur commiſſura coronali.

Occiput, ſiue paragephalide, eſt pars poſterioris capitis ſeparans nucam à cerebro.

Laterales ſunt partes, quæ petroſæ, & ve-
B ruales dicuntur, ac immediatè poſt aures.

Media, ſeu vertex eſt ea pars, quæ ſupra ſagittalem ſuturam iacet de his Gal. in libro de oſsibus cap. 1. Zerb. pauca de his notaui cum ratione noſtri inſtituti non multum faciant. ſequuntur partes internæ. Et primò occurit dura mater, ſeu tegmen: Eſt itaq; tegmen, ſiue dura mater, ſiue miringa membrum panniculare, oſſeum, cuius ſubſtantia ingrediuntur, & egrediuntur venæ, & arteriæ perfora-
C taq; eſt ad modum colatorij, velans cerebrũ, & diſtinguens ipſum in priorem & poſteriorem partem, defendenſq; à duritie cranei, veſtit neruos à cerebro tranſmiſſos, quamdiu intra craneum continentur, & eſt ſuſtentamentum venarum, quæ cerebrum contingunt. Gal. 9. vſup. 15. 7. eiuſdem 8.

Pia mater, ſiue miringa ſubtilis, eſt eiuſdẽ

ſubſtan-

ſubſtantiæ cum ſuperiori; differt tamen ſecundum ſubtilitatem, & mollitiem, ita conti nuatur cerebro, vt ſit coniuncta illi, & complectitur ipſum, tanquàm cutis, omniq; parte operit, profundumq; ipſius intrat, penetratq; ad ventriculos, ſecum deferens venas, & arterias; generatq; anfractus cerebri; mul tiplicia ſunt huius panniculi iuuamenta, cùm in adunando, & cuſtodiendo, & confirmãdo ſimul cerebrum: tum etiam, vt per eum colligatio fiat vaſorum omnium, quæ ſecundum ipſum ſunt, in eo quòd ipſe eſt ligamentum venarum, & arteriarum, quæ ſunt in toto cerebro, ligat, ſtringit, replet, quæ inter venas, & arterias ſunt vacuitates; eſtq; ſuſtentaculum venarum, & arteriarum, ſeruans ſitum earum, in ea contentarum: inſuper defendit cerebrum à dura matre, plura Gal. in vſuptum. 7. 8. & 9. lib. A B

Cerebrum, ſumendo ipſum pro contento à panniculo ſuperiori, cùm ſit ſedes, & domicilium animæ rectricis, eſt membrum ſine carne, cruore & ſordibus; cuius quidem eſſe eſt honorabilius, & excellentius alijs, ex ſubſtantia medullari, arterioſa, venali, molli, peruia, clara, ſpongioſa, in qua, veluti amfractus, & comiſſuræ exiſtunt; in cuius ſuperficie tres vintriculi tanquàm tres cellulæ, ſeu cauernæ ſunt, pelliculis ſeu panniculis con- C

A texti, in quibus ſpiritus reſident; nec non vermiformis, qui conſtringit, ac dilatat ventriculos ſecundùm neceſsitatem; cuſtoditq́;, ac diſpenſat ſpiritus. Diuiditur cerebrum in quatuor partes, in anteriorem, quæ prora dicitur, & poſteriorem, quæ puppis nominatur, ſiue cerebellum, & duas laterales: iuuat ad tres animæ actiones, vegetatiuæ namq́; rectricis, & retẽtiuę, necnõ ſecundum actiones enarratas intelligendi, mouendi, & ſentiendi, omnia ex Gal. vſup. pluribus in locis.

B Ventriculi ſunt cauernæ, ſiue cellulæ in ſuperficie cerebri, plexatione comformi, ſiue pellicula circũdati, quorũ vnus in anteriori: Secundus in medio: Tertius in poſteriori, locatus eſt. Sunt organa virtutum animalium, ſcilicet imaginatiuæ, quæ in anteriori reſidet; diſcretiuæ, quæ in medio; Et memoriæ, quæ in poſteriori; in his reſidet ſpiritus animalis, Gal. 16. vſup. 12. & 8. per plura cap. Auic. 1. 3. tract. 1. cap. 2.

C Anchiformes ſunt eminentiæ quædam cerebri ab vtraq; parte medij ventriculi, & ſunt veluti fundus, & baſis ventriculi anterioris, & ſuper eis ligatur vermiformis ſubſtantia, & prohibet ipſum à caſu, & fluxione; faciunt vnà cum vermiformi ad claudendum, & aperiendum ventriculum medium, vt ſpiritus poſsit tranſmeare à parte anteriori ad poſteriorem,

ſteriorem, Galen. 8. vſup. vltim.

Vermiformis, ſiue epiphiſis eſt vena quædam rubea, quæ annectitur eminentijs enarratis ad modum vermis terreſtris; non elongatur, contrahitur, dilatatur, conſtringitur, vt ipſe vermis facit. Recipit præterea vermiformis explantatio multas inuolutiones, preeſt tranſitui ſpirituum, & veluti cuſtos ac diſpenſator ipſorum eſt; ſupra Gal. & 8. cap. 10. A

Lacuna, ſiue torcular, ſiue platea, eſt locus in vltima parte poſt partem poſtremam cerebri ex duobus panniculis conſtitutis, qui B oriuntur ex pia, duraq; matre, velantes cerebrum ad modum piæ matris, & duræ in ſuperiori parte: vnde etiam hi nomine piæ matris, & duræ ſortiti ſunt. Suſcipit ſanguinem, qui non poteſt depurari à cerebro; qui quidem ſanguis per ſæpè in febribus, alijsq; calidis morbis, tum per nareis, tum per os expurgatur.

Pāniculi hi duo, cùm reſpondeant inuicem de directo piæ duræq; matri, ideo de ipſis C plura non protrahemus; ſolum dicimus, quòd inter piam, duramq; matrem ſuperiorem intus mediat: inter iſta duo plura mediant, vt lacuna & glandula.

Glandula, ſupra quā lacuna exiſtit; eſt mēbrū glandoſum ad formam pineæ nucis circundata reti mirabili adimplendum vacuitates

A tates, & corroborandas venas, ad cuſtodiam lacunæ.

Infuſorium, ſeu concha ſeu peluis, & emboti eſt concauitas quædam membranoſa, & panniculoſa ad ſuſcipiendum ſuperfluitates craſſas cerebri pro ipſius expurgatione.

Rete mirabile circundat glandulam vtidiximus, cuius ſubſtantia ex complicatione arteriarum ac venarum, & cerebri medulla ad modũ retis, poſitum; eſt inter os namq; ſummitatis palati, & pelliculam cerebri duram,
B facit ad generationem nutrimenti pro ipſis ſpiritibus, & in ipſo elaboratur ſpiritus animalis per decoctionem vitalis, & (vt vnico verbo dicam) facit hoc membrum ad generationem omnium materierum cerebri; hinc dicebat Gal. 16. vſup. 12. iſtud retemirabile eſt digna ratione ſupra aliam quamcumque cerebri particulam, & propter hoc infallaciſſima omnium regione locauit natura. plura Gal. in his vſup. ſed principaliter 9. cap. 4.

C Carunculæ, ſiue additamenta mammillaria, ſunt membra in anteriori parte cerebri ſub ventriculis; cuius ſubſtantia parum diſtat à ſubſtantia cerebri; nam duriores & ſolidiores ſunt; à natura conſtitutæ; vt ſint inſtrumenta prima, præcipuaq; ſenſus odoratus. Os baſilare quid ſit dicemus in enumeratione oſsium; de hiſce partibus plurima locutus eſt

Zerbus

Zerbus in cap. proprijs. Sequitur venter me- A
dius; in quo inueniuntur plura membra, de
quibus dicemus; prius tamen non ab re eſſe
duxi, vt verba faciamus de neruis depen-
dentibus à cere bro, tanquam à fonte, & ori-
gine propria; quorum numerus in ſeptem pa
ria diuiditur, quæ deſeruiunt pluribus parti-
bus noſtri corporis. Primus deſeruit ocu-
lis pro viſione; & optici, ſiue viſorij dicuntur
& mollisſimi exiſtunt; ſecundus muſculis
oculorum pro motione, deſeruit, cuius ſub-
ſtantia eſt valde craſſa; Tertius partibus fa- B
ciei, & temporibus, cuti, mandibulis, gingi-
uis, linguæ; vnde guſtatorius dicitur, ac par-
tibus alijs. Quartus partibus palato: Quin-
tus auribus, & auditorius nominatur. Sex-
tus ad ſuturam lambdoidem. Septimus ad
linguæ muſculos. Hæc pauca annotaſſe vo-
lui: plura require à Gal. de ner. dillec. & 9.
vſup. fere per totum. & à Veſalio lib. 4.
à 1. cap. vſq; ad 11. à Zerb.
à folio 123. vſque 128. C

CAP.

A ## CAPVT NONVVM

De enumeratione membrorum medij ventris.

DE Ventre ſuperiori dictum eſt ſatis; ſequitur venter ſpiritualis, ſiue medius, in quo explicando hunc ordinem ſeruabimus. Primùm ipſius diuiſionem conſtituemus, in par-
B tes, quæ denuò diuiduntur in partes; vt alia ſit ſurſum, vt collũ: deorſum, vt diaphragma; in anteriori parte pectus; retrò tergum, ſiue dorſum; dextra, & ſiniſtra, brachia, & loca coſtarũ; intus viſcera. Partes Colli ſunt ceruix, guttur, vertebræ, gula, trachea arteria, nerui reuerſiui, venæ guidec, arteriæ, diaphragma ſolùm in parte deorsũ. Partes pectoris sũt fur cula ſuperior, & inferior, malũ granatũ, oſſa pectus, coniũgentia; mammillæ, muſculi, co-
C ſtæ. Partes dorſi, humeri, ſiue ſcapulæ, muſculi, vertebræ; partes brachij, ſumma manus, ac parua; partes interiores panniculus, ſub nomine mediatoris, & ſub nomine pleura, capſula cordis, aures, & baſis, ac ventriculi ipſius, arteria ahorti, arteria venalis, vena arterialis, pulmo, caput tracheæ arteriæ, ac gulæ: & talia reperiuntur præter plura ſimilaria,

laria, quæ non enumerantur, vt pinguedo, quæ non ſolùm propè cor reperitur; Sed etiam in pluribus partibus ipſius ventris, de quibus ſimilaribus iam dictum fuit ſuperius. Incipientes à partibus colli, dicimus quòd ceruix, eſt membrum compoſitum ex pluribus ſimilaribus, & compoſitis, muſculis, qui tot numerò ſunt, quot ſunt motus ipſius, & motus vertebrarũ ſeptem: cum nucha terminatur, quæ eſt principium neruorum, cuius complexio eſt frigida, & humida, tribus partibus terminatur; alchada, quæ capiti coniungitur; & nocra quæ media eſt, & alchael, quæ infima eſt ipſius: caput excipit, & ſuſtinet: tum mouet, & circumflectit antrorſum, retrorſum, & ſi non perfectè, vt tergum videre poſsit, quemadmodum plura animalia. A B

Guttur, & ſi ſæpe ſumatur pro capite meatus anhelitus, & meri, in præſenti tamen ſumitur pro parte arteriæ colli, ſub mento, & pro omni parte, in qua generatur bocium; eſt membrum compoſitum ex pluribus ſimilaribus, & muſculis, vt ceruix; non tamen in ipſo vertebræ reperiuntur, vt in ceruice; eaſdem præbet vtilitates, quas ceruix: non tamen ita corroborat caput, vt pars poſterior. In hac parte tam intra, quam extra generatur angina, quæ fieri poteſt ex inflãmatione partium tam exteriorum quàm interiorum. C

Verte-

Vertebræ colli, quæ ſeptem ſunt, (& ſpon-
A dyli etiam dicuntur,) ſunt membra oſſea, in
quibus medulla reconditur pro generatione
neruorum: in præſenti non plura dicemus,
cùm de ipſis vniuerſaliter tractabimus poſtea
quando de oſsibus mentionem faciemus.

Gula, ſiue meri eſt membrum compoſitum
ex ſubſtantia carnoſa, neruoſa, lacertoſa, pan
niculoſa, magis lenis intus, quàm extra, vt
poſsit (cùm ſit via cibi, ac potus) in ventricu
lum facilè ingurgitare, & gurgitare: extenſi-
B bilis, ac longæ rotundæq; figuræ, in ſuperio-
ri cum æſophago, ſiue ianua, in parte infe-
riori cum ore ventriculi iungitur Gal. 5. locis
aff. 1. 2. Aph. 17. 3. natur. facul. 8. ac 6. vſup.
per plura capita.

Trachea arteria, ſiue aſpera, ſiue larynga,
bronchos, ſymodes, canna pulmonis, arteria
vocalis, eſt membrum compoſitum ex carti-
laginibus orbiculatis inuicem annexis mem-
braneis ligamentis. Qui orbiculi ſunt ſe-
C cundum litteram c. vnde conſtituunt circu-
lum in formam arundinis. Circuli ſunt nu-
mero quindecim, computando omnes illos,
qui ſunt in ſuperficie ipſius: diuerſiſq; nomi-
nibus ab Anatomicis appellantur: compo-
nunturq; circuli ex arterijs, neruis, villis, ac
venis, in pulmonem inſeritur ſuperficies,
quæ epiglottide clauditur vti diximus inſpi
rationi,

rationi, expirationi, necnon voci deſerui., excrementa pulmonis expurgat, plura. Gal. 7. vſup.3.& 4.7.anat.adm.1.& 2.2. Apho.17. A

Nerui reuerſiui, venæ guideæ, arterię, ſunt membra, quæ in collo reperiuntur, & ſi inter ſimplicia connumerentur; tamen vſus iſtorum membrorum in hac parte alio modo cõſideratur, quàm alibi; vſus namq; neruorum reuerſiuorum eſt, vt voci deſeruiant, hinc fit, vt ſi laqueo vinciantur, animal amittit vocem: hinc etiam vocis nerui dicuntur; venarum nanq;, & arteriarum vſus eſt deferre ſan B guinem, & ſpiritum vitalem ad caput, & cerebrum, qui à retiformi plicatura in ſpiritum animalem conuertitur, hæc tria membra in cor, caputq; inſeruntur. Zerbus.

Diaphragma, ſeptũ tranſuerſum, phrenon eſt membrum ex ſubſtantia muſculoſa, carnoſa, lacertoſa, cordoſa, panniculoſa, ſeparans ventrem ſuperiorem ab inferiori, eſtq; origo inſpirationis, & expirationis vocis, omniumq; corporis virium: defendit, cuſtoditq; C cor, excrementa inteſtinorum expellit, & eſt baſis ac fundamentum mediaſteni, ac ſiphac: in eo ſunt duo foramina, per quos tranſeunt vena caua, ac arteria magna, iuuat præterea in dilatando ac conſtringendo pectus, anhelitui concurrit, plura Gal. de iuuamento anhelitus, & de vſup. 5. per plura cap.

Furcula

A Furcula, ſiue clauis, clauicula, catena gulæ, & ſi inter oſſa connumeretur, & de inferiori etiam dicatur; nos tamen per furculam intelligimus in præſenti ſuperiorem partẽ ventris medij, & inter compoſita enumeramus: Nã præter duo oſſa etiam reperiuntur ligamenta, nerui, venæ, arteriæ, muſculi, carnoſaq; ſubſtantia: terminatur hinc inde cum oſſe ſingulorum humerorum, & cum capite ſpatulæ, in inferiori cum coniunctione primæ coſtæ: vſus eius eſt tum vt figatur in ea B brachium in adiutorium ipſius, & pro parte articuletur: tum vt ſit cuſtodia membrorum interiorum: & ne agitetur pars anterior ventris in agitatione brachiorum: & potiſsimum tempore magni motus. Furcula inferior poteſt ſumi pro cauitate coſtarum mendoſarum in regione ventris infima ſub malo granato.

Malum granatum, ſiue ſcutum cordis, caſſoos, aſſer hezem enſiformis, os pectoris C interiacet hæc pars inter mammillas, & eſt ſub ipſo ore ſtomachi, cui etiam coſtæ annectuntur veræ. Eſt membrum compoſitum ex carilagine, & muſculis, necnon & pluribus ſimilaribus; vt carne, neruis, arterijs, & venis: diuiditur in tres partes; in ſuperiorem, mediam, & inferiorem, quæ proeminens eſt oris ſtomachi cõſtitutum pro cordis, & aliorum,

quæ

quæ in medio ſunt, propugnaculo, & vt co- A
ſtæ ſeptem alligentur, pro earum corroboratione. Gale. 8. adm. anat. 1. & 6. ac 7. vſup.

Mammæ, ſeu mammillæ, vbera, ſunt membra compoſita ex ſubſtantia carnoſa, molli, alba, laxa, adenoſa, glandoſa, fungoſaq́; , inſtar ſpongiæ : ab vtraq; parte pectoris, villis, neruis, arterijs, ac venis diſſeminatæ, in quorum medio papilla apparet orbibus coronata ad lactis generationem, & decorem, pectoriſq́; fortitudinem, & defenſio- B
nem, necnon libidinis excitationem, ſi tractentur 7. vſup. Gal. vlti.

Coſtæ ſunt membra compoſita ex pluribus ſimilaribus, ac muſculis; quorum ſubſtantia oſſea, cartilaginoſa. membranoſa, ac muſculoſa : ſeptem conſtituunt ventrem medium, quinq́; terminantur in ventre inferiori, nec coniunguntur, vt ſeptem, initiumq́; habent à ſpinali medulla incipientes à ſeptima vertebra, deſinentes in decimam nonam C
ab vtraq́; parte: vſus earum eſt diuerſus; nam ſeptem ab vtraq́; parte, cum pectoris oſſe cõſtituunt ventrem medium vndiq́; & defendunt, quod intus eſt: quinq́; quæ & ſpuriæ dicuntur, corroborant imum ventrem, & potiſsimum ſtomachum, Gal. 8. anat. adm. 1.

Spatula, ſiue ſcapula, humerus, eſt membrũ

A compoſitum ex pluribus ſimilaribus, ſed præcipuè oſſea eſt, panniculoſa, & muſculoſa ſuperpoſita dorſo, cui brachiũ annectitur pro ſuſtentatione ipſorum, & in hac parte onera imponuntur, Gal. 13. vſup. 10.

Muſculi plurimi reperiuntur in hac parte, quorum vſus eſt ad motionem ipſarum ſpatularum, & etiam vertebræ duodecim, de quibus dicemus in ſequentibus.

Manus, ſiue brachium ſumẽdo totam eam partem, quæ humeris annectitur, eſt mem-
B brum compoſitum ex pluribus, tum ſimilaribus, tum organicis, in plures partes diuiſa; in ſuperiorem, mediam, & infimam. inter ſuperiorem, & mediam eſt cubitus; inter mediam, & infimam carpus, in qua parte pulſus tangitur, cuius vſus ſit neceſsitas, & ſubſtantia adeò manifeſta eſt, vt non ſit opus explicatione.

Mediator, ſiue mediaſten pectoris diuiſor, ſeparator, & ſi à Gal. 13. vſup. nomine
C diaphragmatis cõpræhẽdatur; nos tamẽ per mediatorem intelligimus panniculum, qui magis eſt propinquus pulmoni, & mẽbris ſpiritualibus, quàm pleura, & diaphragma, ex cuius officio ſumpſit denominationem; inuenitur enim mediatè diuidens per medium concauitatem pectoris, & pulmonem ab anteriore parte ad poſteriorem: cuius ſubſtantia

tia videtur eadem cum ſubſtantia diaphragmatis, & pleuræ; non tamen eſt tantæ ſenſibilitatis, vt diaphragma, & pleura: Colligantiam habet cum ſpondilibus: ſuperius cum furcula: antè cum oſsibus thoracis: inferius duræ cartilagini regenti os ſtomachi. vſus eius eſt, vt prohibeat tranſitus materiæ de parte ad partem, & ſi offendatur pectus, non ſtatim fiat nocumentum in reſpiratione: nam ſi læditur vna pars, non eſt neceſſe, vt reſpiratio omninò lædatur. Hæc Zerb. A

Panniculus velans coſtas vndiq; intus, (qui etiam pleura impropriè dicitur) eſt membrum compoſitum ex parte neruoſa, & ligamentali, villiq; duarum materierum exiſtunt in ipſo; cuius ſubſtantia, dura, tenax, fortis, tenuis tamen, telæ araneæ ſimilis; natura eius eſt cooperire, & defendere ea, quæ ſunt in cauitate pectoris, vt ſit præmiſſorium quoddam præparatum pulmoni, ſpiritualibuſq; membris; defendit muſculos coſtarum, intermedios; fulcit, ac ſuſtentat arterias, ac venas aſcendentes; eſtq; fons, & origo aliorum panniculorum in pectore exiſtentium, præter tracheæ arteriæ, Galen. plura 7. anat. adm. 1. & 7. vſup. 21. Veſal. lib. 6. cap. 2. B C

Capſula cordis, ſiue pericardion, eſt membrum panniculoſum circundans vndiq; cor,

A cuius ſubſtantia ligamentalis, ac neruoſa eſt, tamen inter alios panniculos robuſtiſsimus, & fortiſsimus; cuius natura eſt, vt ſit præmiſſorium infallax cordis, & receptaculum humiditatis, qua irroratur cor ab exſiccatione, quæ eueniret propter motum continuum, & vehementem cordis.

Aures cordis, ſiue additamenta, & pinnulæ ſunt membra neruoſa, & rugoſa, quæ compellunt ſanguinem, & aerem cum iuſta menſura ad cor, cui ex ſiniſtra aerem, ex dextra
B ſanguinem pro cordis indigentia.

Baſis cordis, ſeu vas coronarium, ſeu cordis fundamentũ eſt membrũ cartilaginoſum, & non verè oſſeum, vt Gal. 7. anat. adm. cuius natura eſt, vt ſit fundamentũ, & cordis ſedes.

Cùm quatuor ſint vaſa cordi continuata, quorum duo ſunt intromittentia materias, vena ſcilicet caua, & vena arterialis; & duo educentia, arteria ſcilicet ahorti, & arteria venalis; de omnibus eſt habendus ſermo. Ve-
C na caua eſt quæ ſubminiſtrat ſanguinem ab epate acceptum ipſi cordi pro eius neceſsitate, & eſt membrum ſimilare venaq́; etiam magna dicitur.

Vena arterialis ſic dicta, quia conſtat duabus tunicis, hæc eſt, quæ pulmoni ſubminiſtrat alimentationem, & oritur à dextero cordis ventriculo.

vena

Vena horti eſt vas magnum neruoſum du-
ræ ſubſtantiæ, oritur ex ſiniſtro cordis ven- A
triculo, & diſpergitur per vniuerſum corpus deferens ſpiritum vitalem ad membra pro viuificatione ipſorum.

Arteria venalis ſic dicta, eò quòd ſimplici tunica conſtat, à ſiniſtro ventriculo cordis oritur, vt deferat ſpiritum pulmoni, plura Gal. in 6. vſup. 13. & in 16. cap. 10. & 9. pluribuſq; alijs in locis ſed perpolitè Zerbus à folio 7. vſq; 72.

Panniculi etiam tres duri ſupra orificiũ ar B
teriæ inueniuntur, qui colligant vaſa cordis.

Pinguedoq; in capſula cordis eſt, & ſi ſit membrum ſimilare vt aliȩ pinguedines;non tamen ſic ſæpoſa, ſed ſubtilis ad remolliendum cor, ne nimio motu deſiccetur.

Aqua, præter enarrata, propè cor reperitur ad temperandam eandem cordis caliditatem, ſequitur vt enarremus tria membra, quæ in tali ventre reperiuntur principalia; quorum oĩum cor eſt;de ipſo primo, mox de C
pulmone. Tertio de ore ſtomachi, cui ãnectũtur duæ glandulæ, & in quorum gratiã, credo quod natura omnia enarrata collocauerit.

Cor eſt membrum principale compoſitum vitæq; principium; cuius ſedes ſupra quartam, & quintam thoracis vertebram exiſtit; ſubſtantiaq; eius carnoſa, villoſaq; eſt, & ſi

per ſubſtantiam ipſius venæ arteriæ, & nerui
A diſſeminentur, formaq; pinea, cuius cuſpis
in partem ſiniſtram deflectitur; omnium mē-
brorum calidiſsimum, à qu o arteriæ depen-
dent:tres ventres,ſeu vacuitates habet,in qui
bus vitalis ſpiritus elaboratur, ex quo omnia
membra viuificantur. Cordis dignitas, &
præſtantia talis eſt, vt ſine ipſo nemo viuere
poſsit. Gal. 7. & 7. vſup. longo proceſſu.
Veſſal. lib. 6.

Pulmo eſt membrum compoſitum ex car-
B noſa, fibroſaq; ſubſtantia: ſed molli, rara, fun
goſa, leui, aerea: regitur pellicula ſubtili,
ambiēs cor undiq; in quinq; globos diuiſus:
colligaturq; ſuis pelliculis dorſo, & coſtarum
radicibus: à natura creatum ad vocem, reſpi
rationem, cordiſq; refrigerationem, ac fu-
liginum euacuationē, & (vt breuiter dicam)
creatum ad vocis ſpirituſq; vitalis gene-
rationem, & conſeruationem anat. adm. 7.
cap. 9. cauſ. reſpi. 6. vſup. per plura capita
C Galen.

Os ventris, ſiue ſtomachus, eſt membrum
compoſitum ex pluribus tunicis, quarum ſub
ſtantia alia magis carnoſa, quàm neruoſa; vil
loſa, & venoſa exiſtit; alia ſecus: ſed ſolùm
panniculoſa; non autem neruoſa, nec carno
ſa; tamen villoſa: & hæc in anteriori parte.
Sunt etiam, qui addunt aliam, quæ extrinſe-
cus

cus eſt complectens alias tunicas: naturæ huius membri eſt appetere, attrahere, retinere, cōcoquere, & expellere, quđ aſſumitur per os in ventriculū 4. vſup. nec nō 3. nat. facul. Gal. A

Glandulæ duæ ab vtraq; parte gulæ, non admodum propè os ſtomachi reperiuntur, quarum vſus eſt, vt cauitatem ſtomachi irrorent, ac ne ob ſiccitatem cibus in vētriculum prolabatur, impediunt. Veſſal. 5. cap. 3.

CAPVT DECIMVM. B

De partibus ventris Inferioris.

CVM ſatis de medio, ſuperioreq; ventre dictum ſit, ſequitur, vt de imo dicamus, hunc ordinem ſeruantes. Primò dicemus quid per talem ventrem intelligimus. Secundò partes, quæ in ipſo reperiuntur, enumerabimus: mox ſingulas explicabimus. Per ventrē infimum intelligimus partem infra diaphragma corporis humani, vſq; ad vngues C pedum; & non ſolùm in anteriori, ſed poſteriori, laterali, inferiori, ſuperiori; etiam ea, quæ in ipſo continentur, & viſcera dicuntur. Hæ partes talibus nominibus appellantur incipientes ab anteriori, & ab ea, quæ diaphragmati continuare videtur: hypocondrion, ideſt ſupra cartilaginem, furcu

A la inferior, ſtomachalis pars, coſtæ, vmbilicus, ſumẽ, aqualiculus, pecten, pubis os, hypocondria, ilia, anchæ, inguina cuticula, cutis, pinguedo, panniculus carnoſus, muſculi, ſyphac, muſculi renales, lumbi, vertebræ, initia coſtarum, os ſacrum, nates, artus, ſchia, crus, genus, tibia clauicula, pes, penis, ſcrotum, teſtes, vaſa ſpermatica, vulua in mulieribus, omentum, inteſtina. Stomachus, ſtomachiq́; os inferior, ſiue ianitor meſenterium vena porta, epar, ciſtis fellis, vena caua, venæ emulgentes, arteria ahorti, renes, vreteres, lien, veſica lotij, meatus duo deferentes tum humorem melancholicum ad fundum ſtomachi, tum bilioſum ad inteſtinum ieiunum, in fœminis vterus, & teſtes, ac vaſa nonnulla iuxta vterum, ac teſtes.

B

Hypacondrion eſt pars illa ſupra ſtomacum in medio in qua ſentitur cartilago, quã ſternon dicunt, ſiue vltimum mali granati.

C Furcula inferior eſt pars illa, quæ interiacet inter primas coſtas mendoſas, in qua parte fiunt in vntiones ſtomacho. Hæ duæ partes factæ fuerunt pro corroboratione ſtomachi, & aliquando nominatur ſtomachalis pars, licet mèlius; cùm furcula propriè dicatur de figura; ſtomachalis verò ratione loci, in quo applicantur medicamenta in affectibus ſtomachi, & magis propinqua eſt vmbili-

co, quàm furcula.

Coſtæ mendoſæ quinq; exiſtunt eiuſdem A
ſubſtantiæ; cùm veris ſolùm differunt, quòd
veræ coniunguntur, iſtæ non; cùm non ſit
coniunctionis neceſsitas; tamen ſic, adhærent muſculis, vt pars muſculorum videatur, implere partem quæ mediat inter coſtas. Hæ etiam videntur totæ cartilagineæ, quòd de veris non eſt dicendum. Vſus earum eſt, vt ſint propugnaculum ſepti tranſuerſi, ac ſtomachi Gal, 5. anat. adm. 9.

Vmbilicus in medio ventre exiſtens eſt mẽbrum compoſitum ex pluribus ſimilaribus, & B
duplici cute, panniculo, arterijs, uenis, & neruis, cum ſenſibilis ſit, plures autem uenæ, & arteriæ in eo reperiuntur, ac meatus à natura procreatæ ad fœtus conſeruationem, ſecundum omnia neceſſaria, quãdiu in ventre obtuſus exiſtit, Veſſal. 5. cap. vlti.

Sumen eſt locus ſub vmbilico per quatuor digitos, cui magna pars correſpondet inteſtinorum groſſorum: matrix, & veſica: & eſt C
locus, ſuper quo ſolent ponere medici cerotaria in paſsionibus matricis, & vnctiones, in qua parte etiam apparent quædam venæ ad cutim terminatæ, per quas infantulus cum diu exiſtit in vtero vrinam emittit Zerbus fol. 7.

Aqualiculus eſt locus ſub ſumine inter il-

A per metaphoram à vaſe, in quo ſorbent porci dicitur ab aliquibus ytrum, cuius ſit vſus non reperi apud autores.

Pecten, ab aliquibus pubes, eſt pars vltima ventris, ſecundum rectitudinẽ; quæ terminatur cum pene; in qua parte incipit oriri lanugo, quæ propriè dicitur pubes Zerb. fol. 7.

Pubis os, quid ſit, dicemus cum de oſsibus verba faciemus.

Hypocondria ſunt laterales partes, & ſumuntur proprie pro parte, ſub qua iacet B epar, vt Gal. artis med. de comp. epatis, & licet epar ſit in parte dextra, tamen etiam dicitur hypocondrion de parte ſiniſtra: & quia idem Gal. 2. Apho. 35. videtur dicere hypocondria eſſe eadem, quæ Præcordia, tamen in 1. prog. 30. ac per plures textus ſeparat abinuicem: Nam per præcordia intelligit ſeptum tranſuerſum: per hypocondria muſculos ylei, tamen nos ſequentes Zerbum fol. 7. de enumeratione partium ventris inferioris C ſeparamus ilea ab hypocondrijs, ratione loci: cum hypocondria ſint ſuperiora yleis, & occupent loca, vbi coſtæ mendoſæ exiſtunt; à latere tamen: ilea verò occupant partes à locis mendoſis ad ſchian, quæ loca etiã dicuntur flanchi, ratione flacciditatis inanitatis, & languiditatis. Ilea verò ratione inteſtini ileô. Hæ partes muſculoſæ ſunt, & ad extenſionem

faciunt

faciunt Gal. 1. prog. 34. de quibus affetic .i- A
bus Gal. 3. locis aff. 6.

Schia ſiue ancha eſt locus, in quo inſeritur os cruris cum oſſe ſacro ab vtraq; parte.

Cuticula, cutis, pinguedo quid ſint, ſatis inter ſimilaria diximus; hoc loco tamen de ipſis mentionem fecimus, cùm omnes Anatomici in enumerando partes ventris hu ius ipſam enumerentur.

Panniculus carnoſus ab aliquibus myrach, & ſimyrach propriè dicitur de omni, & toto cooperiente interiora; eſt membrum B
compoſitum ex ſubſtantia carnoſa, neruoſa; non tamen ita, ut muſculi: uilloſq; habet nō paucos, totum uentrem cooperit, ipſumq; ſua ſpiſsitudine, per uiam reuerberationis calefacit.

Muſculi octo ſub panniculo reperiuntur, quorum ſubſtantia carnoſa, uilloſa, ligamentalis, neruoſa: & ex ipſis oriuntur chordæ tenues, ſimiles tenuitate panniculis, duo longitudinales; Primò reperiuntur in inci- C
ſione; mox quatuor tranſuerſales, ſeu diagonales, obliqui: deinde duo, præter iſta propè medium os pubis: duo etiam parui muſculi reperiuntur ab Anatomicis recentioribus, qui ſeparati uidentur ab alijs, & recti cernuntur. Vſus muſculorum eſt, tùm in exprimendo, undiq; cooperari in expulſione fæcum, ab inteſtinis,

A ſti..is, & uentoſitates inflatiuas, faciuntq́; in expulſione urinæ à ueſica, & fœtum non maturum à matrice; comprimuntq́;, ac cogunt, quod in uentre eſt, uel per ſuperius, uel per inferius exire: iuuant præterea ipſum diaphragma, tum in ſuſtinendo ipſum, tum etiã quando adeſt ſufflatio aeris in conſtrictione anhelitus.

Siphac ſub muſculis reperitur, ab aliquib. peritonæum nominatus: cuius ſubſtantia eſt pannicularis, neruoſa, uillis neruoſis conte-
B xta, qui ſenſu non percipiũtur, duræ, ſpiſſæq́; ſubſtantiæ ſed ſimilis telæ araneæ perlucens; eandem tamen groſsitiem undiq́; nõ habet, prout notat Zerb. cooperit undiq́; uentrem; uſus eius eſt, ut ſeparet interiora à partibus circumiacentibus; prohibet inteſtina à locis ſuis egredi: necnon omnia operatur, ut diximus de muſculis, & alijs membris ſuperioribus in roborando uirtutem nutritiuam in-
C digerendo, & ſuperfluitates expellendo, caloremq́; uigorando.

Muſculi Venales ſic dicti, quia iuxta renes collocantur, & eorum eſt unum par, ambo à decima, & undecima uertebra incipiunt deſcendentes ad inferiora: uſus eorum eſt pro curuatione dorſi.

Lumbi ſunt membra compoſita ex ſubſtantia, carnoſa, uilloſa, & pluribus alijs partib.

iuxta

iuxta renes collocati, & à libidine ſic ap, el-
lati, Gal.2. in 1. proret. 7. A

Vertebræ quinq; in tali uentre reperiuntur, ex quibus coſtæ quinq; mendoſæ annectuntur; unde numerus uertebrarum ad numerum 24. aſcendit, ſeptem colli; duodecim thoracis, quinq; enarratæ: ſed quid ſint dicemus, cùm de oſsibus mentionem faciemus, uti etiam de oſſe ſacro.

Nates conſtituuntur ex duobus muſculis ſatis inſignibus, ortum trahentes ab oſſe ſacro, & immediatè ipſum ſubſequuntur. B

Anus ſiue podex in medio ſupraſcriptorũ muſculorum eſt, & eſt membrum compoſitum ex pluribus muſculis, nec non ſubſtantia panniculoſa, neruoſa, venoſa, & arterioſa, figuræq; rotundæ; & eſt in extremitate inteſtini recti: cuius officium eſt, vt excrementa excernat, ac rètineat ſecundum neceſsitatẽ, Gal.5. vſup.14.5. Apho. 22. circumcirca podicem reperiuntur quædã venæ, quæ hæmorreidales dicuntur, per quas excernitur ſecundum tempus in multis humor melancholicus, ſeu ſanguinis fæculentia pro expurgatione totius corporis. C

Scia eſt oſsis ſacri caui cauitas, in qua inſeritur cruris caput, & propriè eſt locus, in quo ſciatica vulgò dicitur.

Crus quid ſit cum ſuis annexis nemo eſt,

A quiignorat,& cuius ſubſtantia componatur, necnon & vſus, ſicq; ſilentio talia inuoluentur. plura Gal.2. vſup.9.3.vſup.5.

Penis, ſeu membrum virile, priapus, mentula, eſt membrum compoſitum tum ex pluribus ſimilaribus, tum diſsimilaribus;diſsimilaria poſſunt diuidi in radicē, & ſummitatem; ideſt glandem, & præputium, quod glandem cooperit in non circumciſis, partemq; mediat inter radicem & glandem, quæ penis poteſt nuncupari;Penis itaq; pro aggregato B ex his quatuor partibus eſt ſubſtantiæ ligamentalis, neruoſæ, muſculoſæ, venoſæ, arterioſæ, carnoſæ, membranoſæ, fiſtuloſæ, cauernoſæ, adenoſæ; & plantatur omninò cum oſſe pubis, cui alligatur. In medio penis fiſtula reperitur, quæ veſica lotij continuatur, & per totum vſq; ad glādis ſummitatem terminatur; in hac fiſtula, vbi incipit glans, foramen reperitur nomine tubus, ac etiam in tali fiſtula propè collum veſicæ meatus C reperiuntur, per quos ingreditur ſemen à ſeminarijs vaſis, qui in tali loco reperiuntur à natura geniti, ad ſpermatis emiſsionem in matricem, necnon vt expurgetur corpus vrina, ideſt humiditate aquoſa,& ſeroſa,quæ in veſica lotij colligitur, Gal.6.locis aff. vltim. & 14. vſup. 6.

Scrotum, ſeu burſa teſticulorum, ſeu oſcheon

cheon eſt membrũ compoſitum, ex ſubſtã ia cutanea, cum multitudine venarum, arteriarum, & neruorum, conditum ad tutelam, & defenſionem teſtium, vaſorum ſemen continentium, ac didimi. A

Teſtes ſunt membra compoſita ex carne glandoſa, tenera, alba, cauernoſa, vt vbera; quorum vſus eſt generare ſemẽ, tribuere virtutem procreãdi fœtum, ad ſexus conſeruationẽ: rectificant vias ſpermatis, moderãtur, roborant calefaciunt, vigorant: bonos mores procreant, & (vt ſemel dicam) ad benè, B
& inculpatè viuendum faciunt, plura Gal. de ſem. & 14. vſup. 10.

Vaſa ſpermatica ſunt membra compoſita ex ſubſtantia venoſa, arterioſa, & neruoſa, in vniuerſali, licet magis vna pars, quàm alia: ſed (vt earum clara reddatur oratio) ſingulas partes enarrabimus; quarum vna poteſt dici delatoria; ſecunda præparatoria; tertia conſeruatoria. Duæ primæ partes diuiduntur in duas partes, prout proueniunt à diuerſis par C
tibus, dextra ſcilicet, & ſiniſtra corporis ſtructura; pars namq; dextera originem habet à vena caua, & arteria ahorti: ſiniſtra à vena emulgente ſiniſtra, & arteria emulgente: Curtius in Mund. 20. & terminantur in teſtes; multos anphractus conſtituentes in ipſorum ingreſſu: aliqui tamen hos meatus

vno

A vero nomine appellant, præparatores; quia præparant materiam ipſis teſtibus pro ſemine: cum verò exeunt dilatorij; quia deferunt ſemen ad vas ſub pene in radice collocatum, quod vas conſtituitur ex ipſis delatorijs in vnum conuenientibus, & conſeruatorium dicitur; qui tamen meatus antequàm ingrediantur, & cum egrediantur ab ipſis teſtibus delatorij, & præparatorij dici poſſunt, in eo quod non ſolùm deferant materiam pro ſemine: Sed etiam ipſam quoquo modo deal-
B bent, & tranſmutent in formam ſeminis ante ingreſſum, & cum egreſsi ſunt ipſum ſemen non ſolùm deferunt, ſed etiam magis purificant virtute accepta ab ipſis teſtibus, & magis dealbare videntur. Tertia pars conſeruatoria dicitur, ſeu vas conſeruatorium; quia ſemen in ipſo delatum conſeruatur, ſecundũ opportunã neceſsitatem Gal. plura 14. vſup. 7. & de ſem. lib.

Didimus eſt panniculus eiuſdem ſubſtan-
C tiæ cum ſiphac, & eſt defenſorium, ac cooper torium teſticulorum, & vaſorum ſeminariorum, & per hunc panniculum, egrediuntur vaſa ſpermatica propè inguina.

Semen, & ſi ſit humor, & deberet de ipſo tractari in de humoribus tractatione: tamen quia de membris ipſum præparantibus ver-
D ba fecimus, de ipſo in præſenti nõnulla dicemus;

mus : ſcilicet,quòd ſemen eſt materia ex ſanguine elaborata ad generationem fœtus, A Gal. de ſemi.

Vulua eſt orificium in medio coxarum in mulieribus, quod labijs vndiq; tegitur, quæ ſunt eiuſdem naturæ cum labijs oris,vſus tamen diuerſus, prout latius in explicatione matricis,dicemus;plura Gal.de diſec. vuluæ.

Omentum, ſiuè zirbus, reticella, reticulum, epiplous, ventriſq; mappa, clipeus, eſt membrum compoſitum ex ſubſtantia panniculoſa, & ſolida,pinguedineq;venis,arterijs B tuniciſq; pluribus conflata, ſupra omnia mēbra poſita, & præcipuè ſupra inteſtina, & ſtomachum; alligaturq; ipſi ſtomacho,& lieni. vſus omenti eſt, vt membra calefaciendo maiorem vim habeant concoquendi: tuetur inteſtina, ne comprimantur à ſiphac; facit ad cibi deſcenſum; prohibet ſtomachum, & inteſtina aperiri propter ventoſitates; plura Gal. 6. anat. adm. circa medium ac 4. vſup. Veſſal. 5.cap.4. in 5. figura. C

Inteſtina ſunt membra compoſita ex ſubſtantia panniculari, villoſa, ſeu pluribus villis contexta, necnon tribus tunicis; quarum vna à peritoneo initium ſumit; Veſſal.5.cap. 5.villi verò alij ſunt, qui in longitudinem tendunt, alij tranſuerſales, obliqui, & recti, venęq;, & nerui, ac arteriæ plurimæ ad inte-

A ſtina deueniunt: ſuſceptum alimentum ventriculo concoquunt, ſeparantq́; vtile ab inutili; vtile tranſmittunt ad epar, per venas meſenterij, cui alligantur; inutile per ſedem excernunt, multaſq́; reuolutiones habent, diuerſaſq́; ſedes in meſenterio; Gal. 5. vſup. 3. numerus inteſtinorum ſenarius eſt; & primus eſt duodenus; alligatur ianitori ſeu orificio inferioris ventriculi, & nominatur duodenus ratione longitudinis: quia duodecim
B digitorum exiſtit longitudo, terminatur ad ieiunum inteſtinum, per porum veſicæ felleæ ſub ſtomacho propè venam cauam, cuius vſus particularis eſt expellere contenta in ventriculo. Secundus Ieiunum ſequitur, ſic dictum, quòd in ipſo nihil vnquam reperiatur: poſt multas reuolutiones in dextram, ſiniſtramq́; partem, iuuat, vt citò alimenta ad ileon tranſeant ob copiam bilis, ipſum ſtimulando ad excretionem. Tertius ileon à loco, in quo reſidet, ſiue voluulus ab anfracti-
C bus, & circumuolutionibus in dextram, ſiniſtram, ſurſum, deorſum, dictus: tandem declinans in dextram partem ſub rene terminatur; cuius vſus eſt, vt natura facilè, quod in ipſo eſt, exſiccare poſsit. Quartus monoculus eſt, ad formam ſacculi, pendens ab inteſtino ileon, & colon, & quia videtur vnum tãtùm orificium habere dicitur monoculus: in

dextra parte ſub ileo collocatur propè epar in ipſo completur alimentorum digeſtio, ſi qua fuerit, quæ effugerit digeſtionem. Quintus colon acelulis dictus inter inteſtina; craſſiori ſubſtantia exiſtit, vt etiam monoculus, & rectus vnde ſæpoſa videtur eorum ſubſtantia, propter copioſam pinguedinem, quæ eis aſſociatur ex Zirbo; inteſtinum hoc incipiēs in dextra parte aſcendit ſuperequitatq; ventriculum; deinde deſcendit ad partem ſiniſtram, & poſt multas reuolutiones hinc inde tandem aſcendens, & penetrans circumuolutiones inteſtinorum, ſuper venam cauam, terminatur. In hoc inteſtino, quod inutile eſt ex alimento, aggregatur, vt per rectum inteſtinum, ſecundum neceſsitatem expurgetur. Sextus rectum inteſtinum, ſiuè longaos ob eius rectitudinem ſupra ſpinam collocatum, & in ſedem terminatur, qua expelluntur excrementa; plura Gal. 4. & 5. vſup. ad Veſſal. 5. 5. per plures figuras. A B

Stomachus, ſiue promptuarium eſt membrum compoſitum, ex ſubſtantia panniculari, ſiue tribus tunicis, villoſaq; arterioſa, venoſa, & neruoſa, alimenta per œſophagum, ſuſcipiens ipſaq; propria virtute præparat, vt per vlteriorem deinde digeſtionem in ſubſtantiam nutriti conuertantur: ſub diaphragmate immediatè collocatur; per corporis C

A tranſuerſum, Gal. 4. vſup. 1. & 5. loci. aff. 4. Veſſal. 5. cap. 3. per plures figuras decimaquarta, vſque ad decimaſeptima.

Ianitor, ſiue portanarius, ſiue os inferius ſtomachi, eſt membrum compoſitum, vti ſtomachus, ſed diuina potius, quàm humana præditus eſt facultate; cibos in ſtomacho retinet, donec præparati ſint ab ipſo: poſtea ſe aperiendo ad inteſtina tranſmeare permittit, & eſt in dextra parte corporis, & in ſuperiori parte ſtomachi, & non inferiori ſub dia
B phragmate, & ipſi continuantur inteſtina.

Meſenterium, ſiue incharidion, aut pancharidion, eſt membrum compoſitum ex ſub ſtantia panniculoſa, adenoſa, glandoſa, mul tis venis, neruis, ac arterijs contexta, plurimas præſtat vtilitates, ſiue actiones; Prima quarum eſt vt vtile, quod in inteſtinis eſt. ad epar deferatur. Secunda vt inteſtina dor ſo alligentur. Tertia vt ſit medium inter inteſtina, & dorſum, fulcitq; venas, quæ du-
C cunt vtile ab inteſtinis ad epar, Gal. 4. vſupa. 19. & 6. anat. adm. 9. Veſſal. 5. cap. 6.

Vena porta, quæ eſt vas colligens in caua iecoris parte omnes venarum ramulos ſobo les, & propagines veſicæ felleæ, ventriculi, inteſtinorum, lienis, omenti, meſenterij; eſt membrum compoſitum, ex ſubſtantia pan niculari, villis, neruis, contexta; facit ad nu-

tritio-

tritionem, excrementi expurgationem, & prælaborati in ventre cibi, & inteſtinis, ac ve- A nis meſeraicis, in epate deductionem, necnon modicam ſanguificationẽ, Gal. 5. uſup. 2. Veſſal. 3. cap. 5.

Epar, ſiue iecur, ſiue ignis, ideſt amoris deſiderium, eſt membrum principale inter principalia membra, ex venis, arterijs, tunica, ligamentis, affuſione rubra conſtitutum, ſimile ſanguini congelato, ſub coſtis mendoſis in dextra parte locatum, in quinq; lobos diuiſum, cuius duæ partes dicuntur; quarum una B concaua; altera gibboſa: è gibboſa oritur uena caua, & ex ea deniq; oritur uena porta. Eſt epar animæ nutritiuæ ſedes, & domicilium, principium uenarum, & ſanguificationis, Gal. 4. uſup. 12. Veſſ. 5. cap. 6.

Veſica fellea, chiſtis fellis, eſt membrũ compoſitum, cuius ſubſtantia neruea ſimplici, & unica, eaq; tenui tunica, denſa tamen, & forti, tripliciq; fibrarum genere intertexta, neruis, uenis, & arterijs commiſta, adhærens epa- C tis lobo, vnde portæ caudex educitur, oblongæ, rotundæq; figuræ; cuius uſus eſt ſuſcipere excrementum biliosum ortum in ſanguificatione epatis, ex qua meatus oritur, uti diximus, qui copiam bilis ad calcem duodeni portat, ut ſua acredine iuuet inteſtina ad expulſionem fæcum. Gal. 5. uſup. 3. Veſſ. 5. cap. 8.

A Vena caua, ſiue magna, iecoraria, & caudicis, eſt membrum compoſitum ex ſubſtantia panniculari, ſeu membranea, & uillis, ſeu fibris, inſtar fiſtulæ; hæc uena diſpergit ſanguinem epatis pro nutritione omnium membrorum; hinc etiam omnibus membris aſſociatur, ut inſtauret, quod deperditur, Gal. 4. uſup. 5. Veſſ. 3. per plura capita de eius origine Ariſt. Gal. contrariatur.

Venæ emulgentes, quæ originem habent à caua, & ingrediuntur renes, deferentes ſe-
B roſitatem expurgatam à maſſa ſanguinea, unde nomen ſumpſerunt, & emulgentes dictæ fuerunt; ex qua ſeroſitate fit deinde urina, necnon ſimul cum ſeroſitate aliquid unctuoſi ad renes deferunt pro eorum nutritione. Gal. 5. uſup. per plura cap.

Renes, neuritides ſunt membra compoſita, quorum ſubſtantia eſt carnea, ſolida, dura, denſa, uenis, neruis, & arterijs contexta: ſuperficies earum pellicula uelatur, in caui-
C tate tamen neruoſi magis, quàm carnei; ſiti in dextra, ſiniſtraq; parte propè ſpinam ſub coſtis mendoſis; non tamen æqualiter loca occupant: nam dexter altiorem ſiniſtro ſortitur locum, licet Anno 1566. ſecus uiſum fuerit in Ticinenſi Gymnaſio. Natura eſt, ut expurgent maſſam ſanguineam, in caua exiſtentem à ſeroſitate, ſimul cum nonnulla humiditate

miditate

miditate unctuoſa, uti de emulgentibus di- A
ctum eſt, Galen. 5. uſup. plura cap. Veſſal. 5. capit. 10.

Pori ureteres, ſiue meatus deferentes urinam ad Veſicam lotij, ſunt membra compoſita ex ſubſtantia neruoſa, & in cauitate renum propè emulgentes oriuntur, & in ſupra ſcriptam ueſicam, obliquè inſeruntur, uſus eſt eorum deferre humiditatem ſeroſam, à renibus in ueſicam, Gal. 5. uſup. 13.

Veſica lotij, ſiue urinæ, aut receptaculum, aut peluis, eſt membrum compoſitum ex ſub B
ſtantia neruoſa, membranea, fibroſa, arterijs, neruis, & uenis contexta, in ima uentris parte collocata ſupra inteſtinum rectum: cuius orificium per muſculos peni coniungitur, ut urina in ipſa collecta neceſsitate excernatur, Gal. 4. uſup. 19. Veſſal. 5. cap. 11.

Lien, ſiue ſplen: eſt membrum compoſitum; cuius ſubſtantia eſt ex carne, quæ affuſio, ſiue parenchima dicitur, uti epatis, & pulmonis; ſed rara, laxa, mollis, & ueluti ni- C
gra, neruis, arterijs, ac uenis contexta: cuius ſuperficies pellicula tegitur quemadmodum Epar, Pulmo, Cor, ac Renes; in parte ſiniſtra locatus ſub imo coſtæ mendoſæ; natura cuius eſt, ut expurget maſſam ſanguineam, limum ſanguinis attrahendo, quod eſt ueluti fœx, & per porum ad fundum, ſiue ianitorē,

A vti diximus, propellit, cuius acuitate irritatur uentriculus ad expulſionem contentorum, Gal. 5. vſup. 15. Veſſ. 5. cap. 9.

Pars arteriæ ahorti etiam in ſupraſcripto uentre reperitur; de cuius origine, & uſu ſatis dictum fuit in medio uentre.

At quia præter enarrata in mulieribus reperitur etiam uterus, ſiue matrix cum uaſis, & membris ſpermaticis; ideo de matrice nō nulla dicemus, cùm ſatis de alijs dictum ſit.

Vterus eſt membrum compoſitum ex dua-
B bus partibus itidem compoſitis, quarum altera ſub cauitate, ſeu fundo, altera ſub ceruice, & ore: de quibus partibus diſtinctius, & luculentius agemus

Fundus, ſiue concauitas uteri, eſt membrum compoſitum, ex ſubſtantia neruoſa, membranea, fibroſa, & quoquomodo carnea, craſſa ſupra rectum inteſtinum collocata, cui ſuperiacet ueſica urinæ; eius orificium in extremitatem fundi inſeritur, & al-
C ligatur dorſo pluribus uinculis, uenæq; plurimæ, ac arteriæ, & nerui inſeruntur. locus eſt generationis ideſt in ipſa cauitate ſemen collectum germinat, ut grana in ipſa terra.

Ceruix eſt membrum compoſitum ex ſubſtantia media inter nerueam, & carneam, fungoſa tamen, & ſpongioſa: cuius extremitas labijs terminatur, de quibus iam dixi-

mus,

mus, neruis, uenis, & arterijs contexta, & A
in uirginibus uenæ quædam paruæ, & panniculus nomine hymen reperitur, quod uirginale dicitur; cuius uſus eſt, ut per ipſum intromittatur ſemen, & excernatur urina, & ſuperfluitates menſtruæ collectæ à toto corpore, Secundum determinatum tempus: cùm ſit membrum colligens talia propè collum matricis; annectuntur uaſa ſpermatica, quæ dependent ab ipſis teſtibus, & eandem originem habent, quam in uiris, qui intrinſecus collocati ſunt, ne impedirent pubifi- B
cationem, & generationem. Gal. fœtum forma. uuluę diſſec. & 14. uſup. plura necnon Veſſal. 5. cap. 15.

CAPVT VNDECIMVM
De enumeratione oſſium.

SEd cùm ſæpe fractiones, & luxationes eueniant, quæ curari minimè poſſunt, niſi cognita oſſiũ C
ſtructura, quæ non cognoſcitur, niſi adamuſsim cognouerimus numerum oſſium: quid nominis ipſorum in particulari, cùm ſatis dictum ſit; & quantum pertinet ad eorum quidditatem, cum ſermonem haberemus de ſimplicibus corporis partibus: numerus oſsium referẽte Gal. libro de oſsibus,

A aſcendit ad 24. 8. præter ſiſamia, & os laude connumerando dentes, & coſtas, idem Auic. 1. 1. d. 5. ſum. 1. cap. 30. ſed in ratione ſuturarum, quæ non eodem modo ponuntur: nã ſagittalis, referente Veſſalio perſępè uiſa eſt, uſq; ad os naſi pertingere, vt libro 1. cap. 5. figura 2. & quarta. perſæpè aſcendit ſolùm vſq; ad ſuturam coronalem: Sicq; ſi talis ſutura conſideretur primo modo, frontis os duplex, vnde numerus oſsium augebitur, omiſsis tandem his conſiderationibus, ſumi B mus numerum oſsium prout Veſſ. & vt Excel. accutiſsimus vir, artium, & med. doct. Laurentius Lazarus, qui anatomicam lecturam legit, nobis in ſcriptis dedit; quorũ oſsiũ nomina ſic ſe habẽt. Primo oſſa ſincipitis duo, lapidoſa duo; occipitis vnum, ſic & frontis, cuniforme vnum; naſi duo; aurium ſex; maxillæ ſuperioris tredecim; inferioris vnum.

Dentes ſi inter oſſa connumerentur, triginta duo, vertebræ, cum oſsibus ſacri oſsis C triginta, coſtæ viginti quatuor, iugula duo, ſterni quatuor, ſcapulæ duę, humeri duo, cubiti duo, radij duo, brachialia ſexdecim, poſt brachialia oct, digitorum manuũ oſſa triginta, ilium duo, coxendicum duo, pubis duo: ſic femora, tibiæ, patellæ, ſuræ tarſorum quatuordecim, pedum decem, digitorum pedis viginti octo, Iſides vnum, quæ ad numerum

rum aſcendũt ducentorũ quinquaginta prę- A
ter ſiſamia: quæ oſſa diuerſimode annectun
tur, vt idem Gal. de oſsibus. Quorum conne-
xiones, & artuum inhærentiæ ab ipſo de oſ-
ſibus primo necnon 12. meth. per plura capi
ta: ſed præcipuè de oſsibus libro. vt per arti-
culum, & per ſymphyſim: & per articulum, &
per ſymphyſim pluribus modis, vt lectori ape
rietur. Nos neutiquam negligẽtes diuiſionẽ
Gal. aliam doctrinæ gratia in medium addu-
cemus, in hunc modum; Primò oſſa ſibi in-
uicem cohærent, ſiue annectuntur, ſiue com- B
ponuntur, ſiue colligantur: nam idem in præ
ſenti intelligimus. Primò per ſuturam. Secun
do, per appoſitionem, Tertio in modum
claui. Quarto per cauitatem, ſeu per articu
lationem. Tres primæ nullam vidẽtur admit
tere diuiſionem, Quarta in partes ſecatur,
& primò colligatio eſt per teretem, vt ſecun
da vertebra, coxarum oſſa cum oſſe ſacro, &
genua: Secundò ſine tali tereti, ſeu ligamen C
to, vt omnia alia oſſa. Tertiò per cauitatem
ob longam, aut oualem, circularem, curuam,
& pluribus alijs modis, prout vſus poſtulat,
ſecundũ actiones perficiendas, in quibus oſ-
ſium diſlocationibus ignarus non debet
eſſe medicus, ſed nouiſſe, quòd oſſa cor-
roborantur, ac firmantur muſculis, & liga-
mentis, & terete ſecundum neceſsitatem,

qui

A qui ab altero oſſe producti in alterum inſeruntur; nam mutu voluntario mouentur.

CAPVT DVODECIMVM
De congerie humorum.

SED cùm membra humoribus generentur nutriantur, & augeantur, operæ pretiũ eſt de ipſis verba facere; igitur in eorum explicatione,
B hunc ſeruabimus ordinem. Primò quid ſit humor aperiemus. Secundò quot ſint. Tertiò quibus in locis reperiantur. Quartò ſingulorum quidditates examinabimus. Sed antequàm humoris quidditatem proferamus in medium. Cõſiderandum ſtrictè eum, & latè ſumi poſſe: ſtrictè quidem pro eo corpore, quod in venis, & arterijs cõtinetur, prout Gal. de atrabile 1. & 2. & cibis bon. & mal. ſucci. Latè prout idem Gal. 3. in 3.
C vulga. 47. 5. Apho. 39. 2. in ſextum vulga. 37. vt de corpore humorali ad oculos, & de humorali qui vtilis, & inutilis eſt, & de vrina, ac de humore in ſtomacho, pulmone, veſica fellea, inteſtinis; necnon pro omni humore, qui effunditur in membris pro eorum nutritione; aut excremento benigno, aut inutili con ſideratur, vt idem Gal. de atrabile. Vnde nõ

eſt

eſt mirum, quòd humoris definitiones plurimæ ſint; nam Aui. 1. 1. doctri. 4. cap. 1. ſic de A
humore locutus eſt, vt diceret corpus humidum, liquidum in quod, in primis nutriens conuertitur; quæ definitio ſolùm compræhendit humorem, qui ſua natura eſt aptus natus conuerti in ſubſtantiam nutriti; ſic etiã Gal. plurimas humoris definitiones ponit; cùm ab ipſo modò pro vno humore, modò pro alio ſumatur, vt locis citatis. Nos verò per humorem intelligimus omne cõtentum, corpus humidum, liquidũ, fluidum in mem- B
bris, ſiue tale corpus ſit in ſubſtantia membri, ſiue cauitate, ſiue adhæreat, nihil refert; ſecundum hanc quidditatem ſumpſit Gal. 1. differentijs febr. 1. in calce, diuidens noſtrũ corpus in continentia, impetum facientia, & contenta; & per contenta, rem lucidius exponens, intelligi voluit humores: ſecundum hanc verò definitionem ſeparatur cerebrum, & cõtenta in cauitatibus oſsium ab humore. Quiquidem diuiditur ab Auic. loco citato in C
plurimas partes. Nos verò humoris diuiſionem in hunc modum facimus, diuidentes eum in naturalem, ideſt, qui humor, omninò inculpabilis eſt, & ſecundùm naturam, qui omninò nec bonus eſt, nec malus, & in præter naturam, qui omnino malus eſt. hanc diuiſionem ſumpſimus ex Gal. 2. natu. facul. vl-

timo naturalis humor eſt, qui ex ſua natura
A eſt aptus natus, tranſire in ſubſtantiam nutriti: ideò bonus, & inculpabilis. Secundum naturam, qui ex ſui natura, non eſt aptus natus tranſire in ſubſtantiam nutriti; Sed adiumentum præſtat; ideò nec bonus nec malus. præter naturam verò, qui ex ſui natura nihil præſtat vtilitatis: ſed ſemper lædit: hinc iure dicitur malus; quòd ex eo nocumenta oriãtur corpori humano, non parua. Gal. de humo. & tumori. præter natu. narrat. Vnum-
B quodq; horum diuiditur in partes: non naturalis diuiditur in chilum, chimũ, maſſam ſanguineam, ſanguinem, humiditatem, rorem, cambium, ſeu gluten, nutritionem, nomine vnctuoſitatis, & humiditatem naturalem, quæ inſita eſt membris, lacq; & ſemen, necnon oculorum humores, qui tres ſunt albugineus, vitreus, glacialis: etiam hi ſubdiuiduntur, & ſi chilus, chimus non diuiditur; maſſa tamen ſanguinea duplex ſortitur no-
C men, maſſæ ſanguineæ, Gal. 2. nat. fal. vlti. & ſanguinis; ſanguis diuiditur in ſanguinem, pituitam, flauam bilem, & atram, ac icorem, vnctuoſamq; ſeroſitatem, Gal. ſupra. Secundum naturã diuiditur in ſaliuã, pituitam, flauam bilem, & atram, vrinam, ſudorem, madorem, aquoſitatem. Præter naturam, etiam diuiditur in humorem genitum in membris, fluen-

fluentem, & in aliqua parte fluxum, iuxta varias diſpoſitiones ipſorum membrorum, & A
humorum, & hæ humoris partes etiam diuiduntur, vt de genito, qui diuidi poteſt in tot humores, quot ſunt conſiderationes decem prædicamentorum, & ſi non explicitè, ſaltem implicitè: & primò ſecundum ſubſtantiam, vt tenuis, craſſus, viſcdus, fluxibilis, & ſimiles. Secundum quantitatem, multus, paucus, inæqualis, æqualis. Secundũ qualitatem, vt diſcurrẽdo per omnes ſpecies qualitatis, quæ quatuor ſunt; vt habitus, & B
diſpoſitio, naturalis potentia, & impotentia; paſsio, & paſsibilis qualitas; forma, & figura. Secundum relationem prout ad ſe ipſum, & ad alios humores refertur. Secundum actionem, & paſsionem: prout facilè, difficilè agit, & patitur. Secundum locum prout eſt in membro aliquo, aut in parte, vt in pulmone, aut eius broncho. Secundum tempus prout ſecundum horam diei, aut diem aut per aliquod ſpacium temporis, tam hebdo- C
madis, quàm Menſis, & Anni. Secundum ſitum, prout eſt magis in vno membro, quàm in alio. Secundum habitum prout membrũ habituatum eſt ex ſe producere talem humorem, & non alium: & talia diuiduntur per magis, & minus, ratione noſtræ conſiderationis, prout de illis, quæ referuntur, ſit conſide-

ratio

A ratio, quòd autem diximus de genito humore, etiam intelligendum eſt de fluente, & fixo; exemplo eſt ipſa deſtillatio; nam & ratione cerebri, in quo & meatus, per quos fluit, oriſq; & ſimilia, in quibus ineſt, & aliunde etiam fluere poteſt. Hi humores penes tres concoctiones poſſunt conſiderari; quarum prima eſt in ſtomacho, ore, & gula. Secunda in epate, & venis. Tertia in membris. Quorum humorum affectiones, tàm primę, quàm ſecundæ, & tertiæ concoctionis plura Gal. in
B lib. differentijs morb. & cauſ. nec non differentijs ſymp. & cauſi. notat. Quibus in locis reperiantur, quod tertio loco poſuimus, eſt notandum; & primò à bonis, ſiue inculpabilibus. Chilus itaq; in ſtomacho reperitur: & ſi nutriens in ore videatur ſuſcipere aliquam digeſtionem, vti diximus. Chimus in inteſtinis, licet quandoq; ſumatur pro chilo; maſſa ſanguinea in venis meſenterij, & epate. Sanguis vnà cum tribus humoribus, icore lauda-
C bili, & vnctuóſa ſeroſitate in venis, & arterijs, vt in emiſsione ſanguinis eſt videre, & ſi rarò arteriæ ſecentur, humiditas in extremitatibus venarum; ros ſupra membrum; Cambium infixum membro: nutritio in ſubſtantia membri: humiditas natiua congenita membro: lac in mammillis: ſemen in vaſis, membriſq; ſpermaticis: oculorum humores

in ocu-

in oculo; vti diximus hæc de naturalibus. Gal.locc. aff.5.nat.hu.4 1.2.nat.fac.7. Secundum naturam primo ſaliua in ore eſt,& ſi pituita pro ſaliua ſumatur, quæ in ſtomacho, & epate generatur. Flaua bilis in veſica fellea, ac eius meatu, & inteſtino ieiuno. Atrabilis in liene, & eius meatu, & in fundo ventriculi. vrina in renibus, vrœteribuſq; meatibus, & veſica vrinę. Sudor,& mador in poris cutaneis. Aquoſitas in capſula cordis. Præter naturam ſecundum membra de ſe, aut ex accidēti, ideſt, vulnere, contuſione, pręparata generare, & genita ſuſcipere; quod certè non difficile modo, ſed impoſsibile eſt omnia loca narrare, & ſi in aliquibus membris videantur habere propria, vt de diſtillatione dicitur. Dum fluit ad pectus dicatur rheuma catharrus. ad fauces, brunchus; ad nares dico corizam. De hydrope; quod eſt intra ſiphac. Pus, & icor non laudabilis in vulneribus, & vlceribus, & alia penè infinita loca; quæ ratione diuerſi conceptus nominantur. Nunc ſatisfaciendum videtur quarto; quod erat, examinare humorum quidditates. Primò igitur dicimus, quod chilus eſt humor in ventriculo ex nutrimentis factus, nec ſeparatus ab ipſis fęcibus, Gal.2. natu. facul. 8. & ſi ſumatur pro chimo, vti diximus de mente Gal. loco citato, & 4. vſup. 5. Tamen nos ſe-

A B C

parantes dicimus, quòd chimus eſt humor
A ſeparatus à fęcibus, nondum tamen adeptus
aliquem ruborem, & eſt in egreſſu inteſtinorum. Maſſa ſanguinea eſt humor nondum expurgatus ab excrementis ſecundæ digeſtionis non nullum habẽs ruborem. Sanguis eſt humor ſeparatus a tribus excrementis; bilioſo, fæculento, & ſeroſo: & rubeus perfectè. vel ſanguis, & ſi purus non reperiatur vti etiam tres humores alij; ſic tamen poteſt definiri. Sãguis eſt dulcis, vti flaua bilis, humor
B amarus; atrabilis humor acris, pituita inſipidus humor Gal. 2. nat. facul. vlti. ſeroſa vnctuoſitas eſt humor deſeruiẽs deductioni ſanguinis per vniuerſum corpus 4. vſup. 5. Gal. Humiditas eſt humor imbibẽs membra. Ros tranſiens per membra. Gluten eſt humor cõgelatus, ex parte complexionis, conuerſus in ſubſtantiam nutriti. Nutritio eſt humor conuerſus in ſubſtantiam nutriti, ſecundum eſſentiam completam Aui. 1. 1. doc. 4. primo.
C Humiditas naturalis eſt humor in membris ſecundum propriam eſſentiam membri ex ſemine, & non ex alimento. Lac eſt cibus exactè confectus pro educatione puerorum, 7. vſup. vlti. Semen eſt humor ſecundum vtile excrementum 1. de ſem. 9. Gal. 2. eiuſdem 2. Semẽ eſt ſanguis exquiſitè confectus pro generatione. Quid ſint oculorum humores, ſatis

ſatis ſupra de oculis. Hæc de quidditatibus naturalium. Secundum naturam verò; Saliua A eſt humor ſimilis crudo humori, qui vitreus dicitur, neq; admodum fluuidus, neq; aquoſus. Gal.3.loc.aff.5. Pituita, flaua bilis, & atra ſic definiuntur. 2. nat. facu. vltimo, primo differ. feb. 6. de atrabile 1. a Gal. & talia, vt ſunt ſecundum naturam. Pituita eſt humor frigidus, humidus, tenax, non congelans. Flaua bilis eſt humor igneus, tenuis, flauus, fluidus. Atrabilis eſt humor aſſus, vſtus, terram fermentans. Vrina eſt humor ſeroſus, & colamentum omnium humorum in venis contentorum, Gal. 1. in 3. vulg. 6. Aquoſitas eſt humor ſimilis aquæ in capſula cordis. Sudor eſt humor ſenſibili, confeſtim ac violento motu emanans è cute; Vti mador eſt humor inſenſibiliter emanans è cute, ſeu è poro cutis. Quidditates humorũ pręter naturã in medium nõ adducemus, ratione plixitatis primo. Secũdo quia videntur reduci ad humores ſecundũ naturã; per aliquam ſimilitudinem vel C ad naturales; ideò quidditates ipſorum reducuntur ad ipſos, vt diſtillationes, ſecundum quod repræſentant diuerſos humores naturales, & præter naturam. Hydrops aſcites ad aquam: hidrops leucophlegmantia ad pituitam, vti etiam pus in vulneribus, vicor ad humiditatem ſeroſam: & ſic de alijs humoribus,

A quorum varia nomina ſortiuntur ratione ſimilitudinem habentium ad diuerſa, vt melicerides, ſtatheomata: & ſimilia.

CAPVT DECIMVM TERtium de facultate ſpirituum.

SED quia membra viuunt, ſentiunt, mouentur, nutriuntur, & ſpeciem conſeruant: quæ actiones per ſe non poſſunt eſſe; ſed
B fiunt ab aliquo agente, quod agens natura, anima, virtus, facultas, ſpiritus dicitur: quæ nomina vſurpantur non rarò pro eodem. Nos verò tale agens nomine ſpiritus appellamus; qui ſpiritus is eſt, cuius opera vnumquodq; membrum principale eſt, quod eſt. De ſpiritu in hunc modum verba faciemus: Primò quid nominis aperiemus. Secundò quid ſit dicemus. Tertiò in quot partes diuidatur examinabimus. Vltimò quo in loco
C aut quibus in locis ſit, declarabimus. Sumitur ergo ſpiritus pluribus modis: Primò pro completa re in membro: Secundò vt eſt dans ortum rei: Tertiò vt fluens de re ad rem: Quartò vt eſt calor: Quintò vt eſt ignis: Sextò vt eſt vita: Septimò vt eſt aër: Octauò vt materia ſubtilis in corpore: Nonò pro reſpiratione. Gal. dif. reſpi. 3. & vltimo. Nos per

ſpiritus

ſpiritus intelligimus, vt eſt corpus æthereum caloris facultatumq; ſedes, & domicilium; ac vehiculum primum ad obeundas functiones inſtrumentum; ex puriſsima, ſinceriſsima, & leuiſsima ſeminis parte genitum. Et hanc noſtram poſitionem ſumimus ex verbis Gal. de vtil. reſp. 5. qui dicit, quòd ſpiritus eſt ipſamet animæ ſubſtantia, aut primũ eius organum 3. verò locis. aff. 5. 1. Aph. 15. 5. in 6. vulg. 5. 7. de decretis Hipp. & Plat. 6. 5. ſimp. med. facul. 9. & Angelu. in prima part. 1. lib. cap. 9. ſpiritus eſt ſubſtantia calida, tenuiſsima, & leuiſsima, & ſinceriſsima, leuiſsima, tenuiſsima parte halituoſi ſanguinis, ſeu ſeminis genita. Diuiditur ſpiritus in quatuor partes, prout quatuor ſunt mẽbra principalia; è quibus quatuor functiones emanant inter ſe differentes: quarum tria de neceſsitate ad eſſe indiuidui, quatuor ad eiuſdem bene eſſe, & ad ſpeciem conſeruandam. Nã cor viuendi functionem, cerebrũ intelli. ſentiendi, & mouendi: epar nutriendi: vaſa ſpermatica, generandi habẽt. Et ſic quatuor ſpiritus: vitalis in corde de maraſ. 7. animalis in cerebro 5. ſimp. med. facul. 9. Gal. plura de decr. Hipp. & Pla. lib. concupiſcibilis in epate: generatiuus in vaſis ſpermaticis; ſed præcipuè in teſtibus. Ex his, quæ dicta ſunt patet, quibus in locis hi reperiantur. Quod

A quarto loco erat quærendum. De his quatuor ſpiritibus plura Aui.lib.de viribus cord. Quod ad quidditatem, numerum, locum, ac eorum generationem, vti etiam Gal. 1. vſu. pul. 1. 12. metho. 5.7. decret. Hipp.& Pla.4. necnon diffuſè in ipſis libris ac de reſp. 2.

CAPVT DECIMVM-quartum de complexionibus membrorum.

B SEd cùm vnumquodq; corpus, ſiue indiuiduale fuerit, ſiue pars indiuidui, ex propria, ipſiuſq; eſſentia, & quidditate ſit, & dicatur; eaq; ab inuicem ſeparentur, & vnumquoq; tale ſit ſecundum quod eſſentia, & quidditas eſt, de indiuiduis, & partibus eius: eſſentia, & quidditate non nulla ſunt notanda, in quibus, hunc ordinem ſer-
C uabimus. Primò namq; cùm varia, ac diuerſa ſortiantur nomina, in medium ea proferemus. Secundò quid ſit declarabimus. Tertiò in quot partes ſecari poſſint oſtendemus. Quartò quæ nam ipſarum melior ſit, enucleabimus. Nomina igitur, quæ eſſentiæ, & quidditati corporum tribuuntur, hæc ſunt: primo complexio, ſeu temperamẽtum, pro-

ut

ut Gal. de temp. 3. cap. vlt. & Auic. 1. 1. de cōple. memb. Secundò forma, Gal. 2. vſup. 9. & 2. Apho. 34. Tertiò natura Gal. 3. Apho. 2. Quartò facultas Gal. 2. cauſ. ſymp. 1. Quintò ſubſtantia, & Gal. 1. nat. hum. 1. Sextò actio eodem loco. Septimò functio Gal. 1. temp. penult. Octauò conflatio quatuor qualitatem Gal. 3. temp. vlt. Nonò anima Gal. ſęt. forma. Decimò veritas Gal. 1. nat. hum. 24. Vndecimò eſſentia rei 1. nat. hu. 1. Cùm ergo tot ſint modi appellationis, tanquàm diuerſa nomina, non eſt mirum, quòd variæ ſint ipſius eſſentiæ corporum definitiones, quas omnes recenſere difficillimum eſſet; Nonnulla tamen illis annexa afferam, quemadmodum ſecundo in ordine à nobis propoſitum. Primo eam Aui. doc. 3. 1. feu. 1. can. cap. 1. cuius hæc ſunt verba; complexio eſt qualitas, quæ prouenit ex actione adinuicem, & paſſione contrariarum qualitatum in elementis inuentarum; quarum partes ad tantam paruitatem redactæ ſunt; vt cuiuſq; earum plurimum contingat plurimum alterius. Quæ definitio tam multas difficultates habet, vt expoſitores alij alia ſentiant, vt dici poſsit tot eſſe ſententias, quot ſunt capita. Gal. verò per complexionem, quatuor qualitatum conflationem intelligit, vt 3. temp. vlti. hec non 1. natu. hu. 1. Complexio eſt na-

A B C

A tura, rerumq; ſubſtantia, quot etiam ſunt nomina totidem ponuntur definitiones a Gal. locis citatis. Nos verò nec Aui. aut Gal. definitiones ſpernentes, ſed clarioris doctrinæ gratia dicemus, complexionem eſſe propriã germanamq; ac indiuidualem indiuidui, mẽbriq; functionem, Gal. 7. meth. 3. quæ ſecundum potentiam, & actum non in alio indiuiduo, aut indiuiduali mẽbro reperitur, quàm in vno; & ſi forte aliquando duo, adeò ſimilia, vt eadem videantur eſſe; hoc non eſt ra-
B tione membrorum, aut indiuiduorũ, ſed ratione illius, qui iudicium dat: cùm re vera, ſi duo ſint, etiam id ipſum ad eſſe neceſse ſit, vt duo exiſtant; ſiue modo talis functio, & actio proueniat ex mixtione quatuor qualitatum, vna tamen prædominante; ſiue proueniat ex ſubſtantia rei, ſiue prout ſubſtantia, & quatuor qualitates in vnum aggregantur, nihil in præſenti refert: quia certè perquàm difficillimum eſt iudicare vnde pro-
C ueniat talis functio; & ratione tantæ difficultatis grauiſsimi viri modò vnũ, modò aliud tenuere: dicerem tamen, quòd in via medicorum, & maximè cum Gal. quòd talis functio, & actio prouenit ex mixtione quatuor qualitatum vna prædominante: cùm medicus ſit artifex ſenſitiuus, & omnia ſecundum ſenſum iudicare habeat, & vt talia ſenſibus

obij-

obijciuntur. Neque negarem has qualitates conſiderari alio modo, quàm ſit natura accidentium, de quibus Ariſt. in ante predica. locutus eſt. Nec tamen affirmare auſim, quòd hæ qualitates ſint formæ ſubſtantiales rerum; ſed quòd rebus adſit forma ſubſtantialis, quæ nequeat à medico comprehendi. Corporum autem quæ ſit eſſentia, quæue complexio, ſatis dictum. Quot verò ſint partes, quotq; modis conſideretur eiuſmodi functio, ſeu actio, non eſt prætermittendum. Duplicem eam aſſerimus. Primò ratione ponderis: Secundò iuſtitiæ. Primam rarò medicus conſiderat. Secunda verò conſideratur pluribus modis. Primò quòd vna ſit, quæ ad nullam declinat quatuor qualitatum, ſed æquales ſint qualitates in corpore. Secundò quòd vna qualitatum præualeat. Tertio quòd duæ qualitates ſint ſuperiores, ſed inter ſe æquales. Quartò quòd vna qualitas ſecundum vnum, aut plures gradus prçualeat, cum qualitates ſecundum quatuor gradus conſiderentur. Quintò ſimp. med. facul. 27. Gal. Quintò quòd duæ qualitates ſecundum eoſdem gradus æquales præualent. Sextò ſecũdũ gradus inæquales. Septimò qđ quatuor qualitates, ſecũdũ diuerſos gradus æquales præualent. Octauò quòd vna qualitas, aut duæ, aut plures æqualiter, aut

A B C

ina-

A inæqualiter ſecũdũ principia, media, & fines gradus: nã ſic ẽt gradus cõſiderantur loco allegato, præualet, & præualent. Nonò quòd vna qualitas aut plures ſecundũ quatuór gradus, aut ſecundum principia, media, & fines æquales, aut inæquales; necnon ſecundum magis, ac minus præualet, & præualent. Decimò ſecundum quòd vna qualitas, aut plures exiſtentes in vno genere, ſecundum primam, aut ſecundam, aut tertiam conſiderationem gradus ad aliud genus, aut ad genera. Vndecimò ſecundum quòd vna ſpecies, aut plures referuntur ad ſua genera, vel ad diuerſa, reſpectũ vnius qualitatis, aut pluriũ ſecundum eoſdem gradus, aut diuerſos, & ſecundum quòd gradus ſupraſcripti conſiderantur. Duodecimò ſecundum quod vna ſpecies, aut plures ſecundum ſupraſcriptam graduum conſiderationem ad ſpecies eaſdem, aut ad diuerſas ſpecies. Tertiodecimò ſecundum quòd indiuiduum per cõſiderationem C tam qualitatum, quàm graduum refertur ad indiuiduum ſuæ ſpeciei, aut ad indiuidua diuerſarum ſpecierum. Decimoquartò ſecundum quòd indiuiduum refertur ad ſeipſum ſecundum totum, aut ſecundum partes principales, aut non principales. Decimoquintò ſecundum quòd membrum principale, aut non principale refertur ad ſeipſum, aut

ad

ad aliud membrum eiuſdem indiuidui, aut ad membrum, vel membra alicuius indiuidui, vel indiuiduorum diuerſarum ſpecierum. Decimoſextò ſecundum quòd vnumquodq;, ex relatis poteſt referri ad aliud, ſecundum conſiderationem decem prædicamentorũ, & proprietates ipſorum. Quæ cõſiderationes ſecundum relationem adeò in immenſum protrahuntur, vt perquàm difficile ſit omnia narrare; cùm veluti infinita ſint ſecundum noſtram conſiderationem. Quæ nam verò complexionum ſit melior, ſi quis percontetur, dixerim inutilem quæſtionem eius: nam cum complexiones dicantur ratione quatuor qualitatum in elementis repertarum, & elementa non dicantur meliora nec deteriora ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum vſus diuerſos: ſic etiam complexiones rerũ non eſſe dicendas meliores aut deteriores, vt inſunt, ſed vt cõſideratione referũtur. omnia autẽ corpora ſecũdum ſuum eſſe pfectiſsima ſunt. Hactenus de cõplexionib.

A B C

CAP. DECIMVMQVINtum de definitione elementorum, & eorum numero.

CVM verò dixerimus complexiones ineſſe corporibus, ratione qualitatum in ele-

A elementis repertarum, & (vt quibuſdam videtur) reſpectu aſtrorum ; de ipſis nonnulla operæ pretium fuerit proferre. Eundem igitur ordinem ſeruantes, quem in ſuperioribus, ipſa aggrediemur elementa. Primò igitur quid per elementum intelligamus, cùm plura ſignificet. Secundò quid ſit. Tertiò quot ſint. Quartò loca propria aſsignabimus. Primò igitur dicitur elementum pro minima parte eius, cuius eſt elementum. Gal. 8. Decre. Hip. & Plat. 3. Secundò pro ſyllaba
B loco allegato. Tertiò pro minima quantitate, & qualitate, Gal. 1. natu. hum. 1. Quartò pro prima, & ſimplici particula, loco allegato. Quintò ꝓ primis particulis, ex quibus res conſtituuntur, Gal. 2. natu. hum. 41. Sextò pro paruis corporibus, Gal. 8. decre. Hip. & Plat. 3. Septimò pro principio, ac materia, Gal. 1. natu. hum. 4. Octauò pro primis qualitatibus ſup. 15. Nonò ſumitur elementum, quod verè eſt elementum, & quod non verè,
C Gal. 1. de elem. 1. Decimò pro quatuor humoribus in corpore, Gal. 1. elem. vlti. Vndecimò pro igne, aëre, aqua, & terra, Gal. ſup. Duodecimò pro omni corpore indiuiſibili, Gal. de elem. & natu. hum. Poſthabitis autem cęteris, quibus dicitur elementum. Nos intelligimus elementum, vt dicitur de quatuor corporibus ſimplicibus, igne (inquam) aëre,

aqua,

aqua, & terra: licet hæc conſideratio videatur tranſcendere limites medicinæ; de ipſis A
tamen agimus, vt in ipſis quatuor qualitates primò reperiuntur, & ex quibus complexiones ortum habent. Quid verò ſint eiuſmodi elementa, ſumitur ex Aui. 1. 1. doc. 2. cap. 1. Elementa ſunt corpora, & ſunt primæ partes corporis humani, & actionum, quæ in corpora diuerſarum formarum diuidi minimè poſſunt; ex quorum commiſtione ſpecies diuerſæ generatorum fiunt. Gal. uerò 1. elem. primo, tres adducit elementi definitiones: B
prima quarum eſt, quòd elementum ſit minima pars eius, cuius eſt elementum: hanc confirmat 8. decret. Hipp. & Plat. 3. Secunda, elementum eſt cuius natura eſt prima, ac ſimplicisſima. Tertia elementum eſt particula minima, prima, ac ſimplicisſima omniũ rerum; Ariſt. uerò 5. meta. 4. elementum eſt ex quo aliquid fit, cùm illi inſit, indiuiſibile ſecundum ſpeciem in aliam ſpeciem, 3. cęli
31. Elementum eſt corpus, in quod reliqua C
corpora diſſoluuntur, quum ipſum intus remaneat potentia, aut actu. Aliam etiam definitionem poſſumus colligere ex dictis Gal. 1. elem. ulti. 1. temp. 7. meth. 3. quòd elementum ſit corpus ex prima materia, ac forma genitum, in quo una qualitas in ſummo exiſtit, ex quo omnia ſublunaria generantur;

quòd

A quòd ſi diuidatur in partes, vna quæq; pars habet rationem totius verè. Quatuor ſunt elementa ab omnibus tum medicis, tum philoſophis conceſſa: quorum nomina ſunt ignis, qui in concauo orbis lunæ exiſtit, cuius natura, calida leuisq; abſolutè: Aer ſub igne immediatè, cuius natura humida, leuitatq; reſpectiuè, ac grauitat. Aqua ſub aere immediatè collocatur, cuius natura frigida, leuitat, ac grauitat, vt aer. Terra ſub aqua collocatur, cuius natura ſicca eſt, grauitat abſo-
B lutè. Diuerſos vſus in mixtis præſtant, vt etiã eorum natura diuerſa: nam ignis maturat, ſubtiliat, permiſcet: aer rarificat, alleuiat, penetrationẽq; iuuat: aqua facit ad lineandum, & figurandum: terra retinet, conſeruat, fixionemq; adiuuat. Sed cùm aſtra Ari. 9. metha. 17. (& vt quidam aſſerunt) etiam in hæc inferiora agant, adeò vt corpora eiuſdem complexionis ſint, vt ſunt aſtra, & ſi ab uſus ſit hominum, & ſi certum ſit talia agere;
C tamen, quia certa cognitio haberi non poteſt, cum vera, certaq; diſtantia, ipſorum id prohibeat: cumq; locus poli minimè cognoſcatur, nec aſtrolabium ad ipſum dirigi poſſit, ac firmari ratione motus cęli, ac aſtrorum: qui motus eius eſt velocitatis, quæ ſenſu nequeat percipi. De ipſis primo nomina quædam veluti ſynonima afferemus. Secundò

dò quid ſignificent. Tertiò naturam declarabimus. Vltimò nonnulla eis contingentia, A & ſcitu digna examinabimus. Nomina ſynonima ſunt hæc. Aſtrum, ſtella, ſidus, & ſidera; quæ & ſi idem ſignificare videantur; tamen inter ſe differunt; ſecundum quòd diuerſas partes ſignificant, ſecundum diuerſas intentiones. Per aſtrum primò intelligimus omne corpus contentum ſupra elementa quatuor, ſiue tale corpus ſit lucidum, ſiue non ſit, & æthereum dicitur. Per ſtellam intelligimus omne corpus lucidum non fixum B in aliquo orbe ſtellato. Per ſidus intelligimus aggregationes corporum lucidorum fixorum in orbe ſtellato. Per ſidera intelligimus omne corpus lucidum, fixum in aliquo orbe, & in orbe ſtellato, vt Mercurius, Venus, & ſimilia. Sicq; aſtrum erit tanquam genus generaliſsimum: quod commodè diuiditur in lucidum, & non lucidum. Omiſſo igitur non lucido, ideſt miſsis orbibus, qui plures ſunt: Primò lucidum diuidimus C in tres ſupradictas partes: ſtellam, inquam, ſidus, & ſidera; quæ rurſus diuiduntur; nam ſtella diuiditur in ſtellam caudatam, & non caudatam: non caudata ea eſt, quæ rotunditatem habet, vt ſtella Magorum. Caudatæ ab Auer. in 1. metheo. 1. in quinq; ſpecies; quarum vna diſcurrētia ſidera dicūtur. Secunda

dali:

dali. Tertia eges. Quarta flamma auerſa.
A Quinta cometa. Ex his vna viſa fuit anno 1577. in ſtatu Mediolani die decima menſis Nouembris, hora prima noctis, inter meridiem, & occaſum; & occidebat inter ſextam, & ſeptimam horam noctis, & durauit per plurimos dies, eodem modo occidendo: maximaq; peſtis totum ſtatum deuaſtauit tunc temporis. Generatio harum ſtellarum ponitur ab Auic. 1. meta. ſum. 2. cap. & com. Auer. eodem loco, & generantur ex exhala-
B tione vaporoſa, & ſpirituoſa. Præter quinq; enarrata etiam ab Ari. trabes, & capræ ponuntur; plurimaq; alia nomina his ſtellis tribuatur, pro diuerſitate gentium, quæ tamẽ poſſunt compræhendi ſub diuiſione Auer. Sidus ſiue ſtellarum aggregatio in quadraginta octo figuras diuiditur ab ipſis Aſtronomis; & præcipuè à picolomio: quarum figurarum nomina hæc ſunt. Vrſa minor, quæ ſeptem ſtellis ornatur diuerſarum magnitudi-
C num. Vrſa maiorq; vigintiſeptem; quarum duodecim præcipuæ. Draco triginta vna; quarum tredecim famôſiores. Cephæus vndecim, ſed octo magis conſiderantur. Bootes viginti duabus; ſed de vndecim tantùm fit mentio. Corona Ariadnæ, cui quidam octo, aliqui nouem tribuunt; ſed ſex conſiderantur. Hercules viginti octo, ſed vndecim ſplẽ-

didio-

lucidiores: Lyra decem: Cignus ſeptem, & decem, ſed vndecim tantùm ponuntur in figura: Caſsiopea tredecim, ſed octo digniores: Perſeus vigintiſex, ſed decem famoſiores: Auriga tredecim de quarum decem fit mentio: Aeſculapius vigintiquatuor, ſed duodecim clariores: Serpens Aeſculapij decem, & octo; ſed decem nominantur: Sagitta quinque: Aquila nouem, ſed ſex præſtantiores: Delphinus decem; ſed ſeptem famoſiores: Equus minor quatuor: Equus maior viginti, ſed duodecim lucidiores: Andromeda viginti tres, ſed duodecim clariores: Triangulus quatuor: Cetus viginti duabus, ſed tredecim inſigniores: Orion triginta octo, ſed de duodecim fit mentio: Nilus triginta quatuor: ſed decem in tabula ponuntur: Lepus duodecim, ſed octo numerantur: Canis maior decem & octo, ſed octo lucidiores: Canis minor duas: Puppis quadragintaquinq;, ſed decem, & octo principales: Hydra vigintiquinq.; ſed quatuordecim lucidiores: Poculum ſeptem: Coruus ſeptem, ſed ſex conſiderantur: Centaurus trigintaſeptem, quatuordecim ſplendidiores: Lupus decem, & nouẽ, ſed tredecim clariores: Altare ſeptem: Corona auſtralis tredecim, ſed ſeptem lucidiores: Piſcis auſtralis duodecim, ſed decem famoſiores: Aries tredecim, ſed ſex clariores:

A B C

A Taurus trigintatres, ſed duodecim famoſiores: Gemini decem, & octo, ſed tredecim lucidiores: Cancer, & aſini nouem, ſed octo præſtantiores: Leo decem: virgo vigintiſex, ſed nouem famoſiores: Libra octo, ſed ſex conſiderantur: Scorpio vna ſupra viginti, ſed quatuordecim famoſiores: Sagittarius vna ſupra triginta, ſed duodecim ſplendidiores: Capricornus viginti octo, ſed duodecim maioris conſiderationis: Aquarius quadraginta duas, ſed decem nobiliores:
B Piſcis triginta quatuor, ſed nouem digniores. Præter has figuras, ab Aurelio marinato etiam aliȩ ponuntur, vt Pleiades in dorſo Tauri ex ſex ſtellis; Hyades in capite Tauri ex quinq;; per ſæpe in cancro ad modum maculæ nubiloſæ; vrna in manu aquarij ex quatuor; & etiam aliæ ſine ſtellarum numero, vt Protomeus, Berenicis, Coma, falx in manu Perſei, Portion, Argo, taſſa, Thuribulus, aqua ab aquario ſparſa flumen ab orione. Quȩ ag
C gregationes ſtellarum, & ſi influant in hiſce inferioribus aliquid, tamen non omnibus tribuunt qualitates, ſed ſolùm duodecim, quæ in Zodiaco reperiuntur, & ſigna Zodiaci dicuntur. Incipientes autem ab Ariete dicunt quòd Aries eſt humidus auctus: Taurus humidus excellens: Gemini calidi temperati: Cancer calidus auctus: Leo calidus excellens,

lens, Virgo ſicca temperata; libra ſicca aucta; Scorpius ſiccus excellens: Sagittarius frigidus temperatus: Capricornus frigidus auctus: Aquarius frigidus excellens: Piſcis humidus temperatus. Nonnulli alio modo eis qualitates tribuunt; nam Arietem dicunt eſſe igneum, calidum, & ſiccum: Taurum terreum, frigidum, & ſiccum: Geminos aereos, calidos, & humidos: Cancrum aqueum, frigidum, & humidum: Leonem igneum, calidum, & ſiccum: Virginem terream, frigidam, & ſiccam: Libram aeream, calidam, & humidam: Scorpionem aqueum, frigidum, & humidum: Sagittarium igneum calidum, & ſiccum: Capricornum terreum, frigidum, & ſiccum: Aquarium aereum, calidum, & humidum: Piſces aquei, frigidi, & humidi. Nec nō ab aliquibus iſta ſigna terrei, ignei, aquei, aerei, dicantur, prout referunt naturam elementorum. Sydera etiam diuiduntur. Et primo in ſydera errantia, & fixa: Errantia ſunt ſeptem, vt luna, quæ beniuola eſt, qualitate frigida, & humida, phlegmatica, áquea; ex mineralibus ei dicatur argentum; ex coloribus album; ex lapidibus criſtallus; ex ſaporibus, ſalſus, & mediocris odoris; ex arboribus palma: curruſq; eius duabus virginibus trahitur; aut duobus delphinis: perficit ſuum curſum à puncto redeundo ad idem, circuendo

A

B

C

A totum Zodiacum, diſcurrendo ab occidente in orientē, ſuper polos proprios: ſecundum aliquos ſpatio viginti ſeptem horarū, & tertia parte horæ; & ſecundum aliquos à coniunctione, ſolis ad cōiunctionem ipſius, ſpatio vigintinouem dierum, & viginti horarum, minutis quadraginta quatuor; prout diuerſimodè coit cum ſole, varijsq; formis cernitur, prout eius lumen per quindecim dies augetur, & totidem diminuitur, vt magis aſſociatur Soli, aut elongatur ab eo; &
B ut Sol faciem Lunæ reſpicit magis, aut minus. Cum ſub ſole eſt, omni lumine priuatur, & non eclypſatur, nam aſſociatæ ei diminuitur lumen, & interdiu cernitur; elongata, ab eo, augetur lumen, & noctu viſitur. Hinc quatuor lunæ mutationes inter alias ab aſtrologis ponuntur in ephemeridibus: cuius auctionis, & diminutionis, & quomodo attingatur, cognitio in calce huius capitis ponetur. Ei hæc membra noſtri corporis of-
C feruntur pro cuſtodia; oculi inquam, cerebrum, ſtomachus, venter, ſiniſtrumq; latus, inteſtina, & veſica.

Mercurius ſequitur; natura eius eſt cum quo aſſociatur, melancholicus cum aduſtione; dicatur ei argentum viuum; ex coloribus viridis, ac varius; ex lapidibus certus non datur, ſed vulgo (ſtrauagante); cui etiam ex

ſapo-

ſaporibus: ex arboribus oliua: Currus eius duobus Catis trahitur, & ſi aliqui dicant, quòd alis omnia loca petat; nunciuſq; Deorum à poëtis eſt appellatus; & circuendo totum Zodiacum diſcurrendo per ſigna zodiaci, perficit curſum ſuum diſcedendo à puncto, redeundo ad idem, ſpatio dierum tercentum quadraginta octo. Membra, quæ tuetur ſunt lingua, manus, bucca, ac cerebrum. A

Venus ſequitur beneuola, frigida, & humida pituitoſa: cuprum ei dicatur; ex coloribus coccinius; ex lapidibus margaritæ; ex ſaporibus aromaticus; ex arboribus mirtus. Currus eius ducitur duobus columbis, aut cignis. Perficit curſum, vti diximus de Mercurio, ſpatio dierum tercentum quadraginta duorum: & ſi ſint, qui dicant, eodem Mercurius; membra hæc ſunt matrix, renes, teſticuli, mammillæ gula, & lumbi. B

Sol Venerem ſequitur beneuolus, calidus, & ſiccus, biliosus: aurum ei dicatur; ex coloribus croceus; ex lapidibus hyacinthus; ex ſaporibus acutus; ex arboribus Laurus. Currus eius ducitur quatuor equis albis: curſum perficit ſpatio tercentum 65. dierum, & horis ſex: membra hæc ſunt, facies, cutis, nerui, arteriæ, cor, dextrumq; latus. C

Mars ſolem ſequitur, maleuolus, calidus, & ſiccus, biliosus; ex mineralibus ferrum ei

dicatur; ex coloribus rubeus; ex lapidibus
A diaſpe: ex ſaporibus amarus: ex arboribus malum granatum. Curruſq; eius duabus vulpibus ducitur; perficit curſum diſcurrendo, vt alia ſydera ſupraſcripta ſpatio annorum duodecim, hæc ſunt membra cuſtodienda ipſi, veſica, fellea, renes.

Iuppiter immediatè ſequitur beniuolus, calidus, & humidus ſanguineus: ſtannum ei dicatur; ex coloribus purpureus; ex lapidibus ſmaragdus, & ſapphirus; ex ſaporib. dul-
B cis, & boni ſaporis; ex arboribus quercus. Currus trahitur duobus pauonibus; perficit curſum, vt ſuprà, ſpatio, vt Mars; mēbra corporis propria ei dicata pulmo, coſtæ, cartilagines, iecur, ſemen.

Saturnus ſequitur maleuolus frigidus, & ſiccus, atrabiliarius: plūbū ei dicatur; ex colorib. niger, & bigeus; ex lapidib. nigri, & obſcuri: ex ſaporibus acetoſus; ex arboribus ficus: curruſq; eius trahitur duobus ſcorpio-
C nibus, ſeu duobus ſerpentibus. Curſum, vt alia ſydera perficit ſpatio annorum triginta: lien cuſtodit. Ex his ſeptem ſideribus pluta, ex Aurelio Marinato de aſtrologia, & Pie rio Valeriano lib. 44. 50. 51. 52. 53. 54. fixæ orbi ſtellato, etiam diuiduntur in plurima nomina; quarum qualitates non ponuntur ab ipſo Aurelio, loco citato, vt cor leonis, in

cor-

corde leonis: ſpica, in ſiniſtra manu virginis: Ariſtaurus, in tibia Aurigæ: capra in humero Aurigæ, & hædi duo: canis in ore canis: Argo, in temone nauis: portion in portione: Arcturus, lucifer, heſperuſq́; etiam ſic nominantur, ratione diuerſorum. Gal. 1. in 1. vulg. A

Cùm ſatis de parte lucida dictum ſit, ſequitur vt non lucidā doceamus; quæ diuiditur in plures partes, nomine cœli, eò quòd inferiora cœlat, & ſunt numero vndecim: quarum partium in aliquibus eiúſdem cœli ſunt corpora lucida, vt in orbibus planetarum, qui ſeptem ſunt, & nomine ſyderum à nobis explicata veniunt, in vno ſcilicet orbe ſtellato, in omnibus eius partib. corpora lucida reperiuntur: in tribus lucida nō reperiuntur, vt in criſtallino, primo mobili, & empyreo: qui orbes circa polos duos mouentur, & axis à polo ad polum firmatur. Hæc de ætherea ſeu ſupraelementari parte dicta ſint. Qui verò cupit orbium circuitus ſcire ratione magnitudinis, diſtantiæ, ac plurimas alias cōſiderationes, & ſi à nobis videatur impoſsibile, legat citatum Aurelium de aſtrologia. Sequitur vt ſatisfaciamus ei quod promiſimus; nempe quo die cognoſcatur auctio Lunæ, & eius diminuitio, Secundum quatuor principales mutationes. Hunc in B C

A modum cognoſcemus; ſi primò numerum ſumpſerimus, (vndecim), qui numerus ab omnibus epacta dicitur, & in hunc modum ab aureo numero elicitur, qui ex currentibus annis ſecundum hanc regulam formatur: exempli gratia; ſumes numerum anni 1590. & ipſum diuides per decem, & nouem; numerus, qui ſupererit, erit numerus aureus, addendo vnum numerum; vt puta in numero 1590. decem, & nouem ingreditur 83. vicies, & ſuperſunt tredecim;
B quibus addendo vnum; erunt quatuordecim; hinc aureus numerus erit quatuordécim: qui numerus 14. multiplicatur, per numerum vndecim; qui numerus eſt auctio lunaris ſingulis annis, & talis multiplicatio aſcendit ad numerum 154. & ipſum diuidendo per triginta, qui numerus ingreditur quinquies, & remanet quaternarius qui numerus eſt epactæ.

Sed quia per ſummum Pontificem Grego-
C riũ decimum tertium decem dies remoti fuerunt ab anno 1582. mẽſe Octobris, hinc epacta non quatuor, ſed alius numerus fuit, qui numerus hunc in modum inuenitur: ſi detraxerimus de decem numero, quatuor: quod fiet hoc modo: decem de quatuor non poſſumus, ſed decem de triginta, remanet viginti; & addendo quatuor, numerus erit viginti qua-

quatuor ; qui numerus eſt epactæ . & aureus numerus , quatuordecim . Si verò numerus epactæ erit maior denario, de tali numero decem detrahes , & numerus relictus erit epacta; exempli gratia, anno 1591. epacta deberet eſſe numero quindecim , abſtrahe à tali numero decem , & epacta erit quinque . A

Facilius etiam in hunc modũ inuenies epactam: inuenta epacta, aureo numero, vti diximus ſupra; ſi numerus erit minor numero denario, adde viginti; ſi maior decẽ, detrahe decẽ, & ſic Gregorianam epactã habebis. Habita cognitione epactę, ſume ipſum numerum, addendo calendas menſium , incipiendo à calendis Martij ; poſtea adde numerum dierum ipſius menſis , in quo lunę mutationem quæris, & ſimul ponendo , luna tot mutationes habebit, quot numerus ſeptem ingreditur cum medietatis vnius numeri ; ſi quis numerus ſuperaugetur, ipſum annumerabis mutationi ſequenti; exempli gratia, volo cognoſcere quot mutationes habeat luna die 17. menſis Iunij 1590. ſummo numerum epactæ qui eſt 24. poſtea calendas addo qui ſunt 4. poſtea numerum dierum (nempę 17.) & ſimul colligendo aſcendit ad numerum quadraginta quinq;, & à tali numero detrahẽdo numerum triginta , cum numerum vnius lu- B C

næ,

A næ,& nõ duarum quæramus, remanet numerus decem, & quinq; , vnde luna duas mutationes habet; vna ſub nomine quartæ, altera ſub nomine plenilunij, & ſimul cognoſcemus quòd tota nocte lucet, incipiendo à prima hora noctis, & incipiendo à coniunctione ſolis, tot horas lucet, quot dies elongatur à ſole: ſi verò plures dies habuerit ſimul cum ſole, tunc ſecundum quod dies habuerit. Sed quia ratione curioſitatis, & ſi talis tractatio tranſcendat noſtros limites, multi B quærunt, quomodo per cognitionem lunæ poſsimus deuenire in cognitionem feſtorũ mobilium: vt ergo ſatisfaciamus iſtorum curioſitati: dicimus, quòd cognoſcemus, omiſſis aliorum conſiderationibus, ſi poſt ſextam diem menſis Ianuarij, ideſt poſt feſtum Regum duas coniunctiones lunæ cum ſole conſideraue imus; & poſt ſecundam coniunctionem, prima die Martis carniſpriuium celebrauerimus. vel (& ſi rarò eueniat) diem C martis proximiorem ipſi coniunctioni, vt anno 1592. euenit, aut ipſamet die coniunctionis ſi in tali die Martis coniunctio fiat. Et poſt ſex dies dominicos reſurrectionis feſtum ſeptimo coluerimus. Mox per quadraginta dies à reſurrectione aſcenſionem die Iouis. Ab ipſa per decem pentecoſtes. Die dominico ſubſequenti ſanctiſsimæ Trinitatis

feſtum;

feſtum. Die Iouis proxima Corpus Chriſti. A.
Vel hunc in modum erit talis cognitio (vt aliqui aſſerunt).

Poſt regum feſta quære nouilunia trina.
Et dominica tertia ſacrũ celebra paſcha.

Sequitur vt accingamur ad declarationē ſecundæ partis nomine curatiuæ.

Finis primi Libri.

A

LIBER SECVNDVS CVRATIVAS MEDICINAE.

B

Partes continet.

DE DIÆTA, CAPVT Primum.

C VM ſatis dixerimus, de ijs partibus in quibus debet verſari, qui vult medicinæ operam dare, quantum ad cognitionem docendorum de qualitate ſana, vnà cum eius contraria qualitate. Sequitur vt examinemus ea, quibus talis ſanitas conſeruatur, aut ſi amiſſa fuerit recuperatur; quæ auxilia dicuntur. Hæc ſolent quaternario numero com-

compræhendi: Diæta, ſcilicet, pharmacia, chirurgia, & exercitatione; licet tria ſuffi- A ciunt, exercitatio enim ſub diæta compræhenditur, cum ſit ſpecies motus. Nos igitur tria enumerabimus; quorum primum diæta erit, nõ quòd ſibi inuicem ſint ordine quoddam coniuncta. Sed quòd magis vſui ſit, & familiaris, reliquis duabus; magiſq; ægrotis ſatisfaciamus,& ſanis,ſi diætę ſola fiat adminiſtratio, pro curatione, aut conſeruatione. Quæ auxilia etiam inſtrumenta medicinæ dicuntur, nec non præſidia, & partes præ- B terea ipſarum conſiderationum. Auxilia dicuntur, quòd his vtitur tàm medicus quàm æger, ad actionem perficiendam, cauſa conſequendæ ſanitatis: præſidia quia ijs, prohibetur omne nocuum futurum: inſtrumenta verò, quia ſunt veluti ad perficiendum opus: partes autem nominata, cum ſint veluti integrantes medicinam, tam ratione medici, quàm ægri. Hac ratione potius partes deberent appellari, quàm auxilia, præſidia, C aut inſtrumenta. Nam talia non ingrediuntur, nec per ſe agunt, aut immutant opus. Sed ab alio principium agendi habent: pars vero agit, vt tale principium agendi habet; quemadmodum de nouacula tonſoris, quæ per ſe non agit, vt nouacula eſt; ſed vt artifex ipſa vtitur. Diæta verò, pharmacia, & chirurgia,

A gia agunt de ſe,vt principium agendi habẽt. De his ergo, vt medicinæ partes ſunt verba faciemus: Incipientes à diæta rationib. adductis, hoc ordine. Primò quid nominis aperiemus. Secundò quid ſit declarabimus. Tertiò quot ſint eius partes. Vltimò ſingulas examinabimus. Quantum ad primum dicimus, quòd diæta ſumitur à montano 1. Apho. 4. pro iudicio, & arbitrio quodam boni viri ad lites dirimendas: Sumitur etiam pro compoſitione rerum diuerſarum, reducendo ipſas ad concordiam: Tertio ſumitur pro victus ratione ab Hip. 1.acut.6. Quartò pro recta adminiſtratione ſex rerum non naturalium, & naturalium. Gal.3.artis med. 1: Quintò pro adminiſtratione omnium rerum conſeruantium, & alterantium noſtrum corpus, tàm intra quàm extra. Per diætam intelligimus etiam conſiderationem ſex rerum non naturaliũ, & naturalium à medico circa corpus humanum: Gal. ad Traſ.35. 1.acut.6. ſiue C talia ſint ratione ſanitatis conſeruandæ, ſiue ægritudinis remouendæ; & ſex numero ſunt. ſ. nutriens. i. cibus, & potus, aer, motus, ſomnus exinanitio, cum ſuis contrarijs; quiete, ſ. vigilia, & repletione, animiq; accidentibus. Et ſic patet quid nominis, quid rei, & quot ſint diætæ partes. Deinceps perſequemur ſingulas partes, incipientes à nutriente

B

triente

triente ideſt cibo, & potu, quæ nutrientia dicuntur à Gal. 2. Apho. 11. Et ſi odores etiã A videantur nutrire, ut idem Gal. loco citato. De eo in præſenti verba non facimus, quia intentio noſtra eſt agere de nutriente, quod ore aſſumitur, & per tres alterationes tranſmutatur; In ſtomacho ſcilicet, epate, & membris, ipſumq; ſic diffinimus, de mente Gal. 3. temp. 2. 1. ſimp. med. facul. 1. Quòd ſit illud quod ex ſui natura eſt aptum natum tranſire in ſubſtantiam nutriti: Et de ipſo poſſumus multa conſiderare. Et primo prout diuiditur B in tres partes. Prima vt eſt futurum nutrimentum. Secunda veluti nutrimentum. Tertia vt eſt nutrimentum. Quæ partes ſic diffiniuntur: Nutrimentum eſt quod iam conuerſum eſt in ſubſtantiam nutriti: veluti nutrimentum eſt quod iam mutatum eſt, & appoſitum & agglutinatum eſt: futurum nutrimentum eſt quod in venis, & ventre continetur. Hæc Gal. 1. natural. facul. 11. 3. temp. 2. Secundo prout vnaquæque horum trium di- C uiditur in duas partes. Aut enim liquidum, & fluidum eſt: aut ſolidum, & humidum. Liquidum, & fluidum eſt quod de facili tranſmutatur à calore noſtro. Solidum, & humidum quod de difficili. Tertiò prout nutriens paucæ nutritionis exiſtit, tamen eſt multæ quantitatis, aut exiguæ quantitatis: & multæ

nutri-

A nutritionis, aut ſecundum quod eſt mediocris quantitatis, & etiam eſt mediocris nutritionis. Quarto prout boni, aut mali ſucci, multi, aut exigui excrementi: Et hoc plurib. modis. Aut enim eſt modicæ quantitatis, & plurimi excrementi; Aut plurimæ quantitatis, & modici excrementi: Aut mediocris quantitatis, & mediocris excrementi. Quinto conſideratur nutriens, in eo quòd eſt multæ nutritionis, aut paucæ, boni, aut mali ſucci, pauci, aut multi excrementi. Et vtrum talia
B proueniant, ex propria natura nutrientis, an ex artificio miniſtri, qui talia præparat aſſando, elixando, aut alio quouis modo, vel ratione naturę eius qui aſſumit ipſum nutriens. Sextò conſideratur nutriens, per modum ſubſtantiæ, in eo ſcilicet quòd craſſus, denſus, ſpiſſus, lentus, glutinoſus, uiſcoſus, tenax, durus, oleaginoſus, aſperus, inſuauis, nidoroſus, tenuis, friabilis, rarus, fluxibilis, mollis, aquoſus, lenis, ſuauis, quòd
C de facilis ſecetur in partes, & ſeparetur, de faciliq; adhæreat, & penetret, boniq;, & mali odoris. Et hæc omnia, ut talia ex ſui natura ſunt, proprijſq; locis orta, collecta; & repoſita, & ſecundum propriam eſſentiam condita, & adminiſtrata: Aſſatione, frixione, elixatione, pluribusq; alijs modis, prout ſolent præparari. Septimo conſideratur nutriens, per

per modum quantitatis, & pluribus modis: A
Primò vt paucum, multum, mediocre; talia
autem duobus modis. Primò ſecundum pon-
dus. Secundò ſecundum menſuram. Nam
aliquod nutriens, pauci ponderis, & mul-
ta menſuræ, & ſecus: Si ſecundum pondus
pluribus modis: vt in eo quòd eſt vnius gra-
ni, aut plurium, vſq; ad 24. Secundò ſcrupu-
li. Tertiò drachmæ. Quarto vnciæ. Quintò
libræ, ex libris inuicem complicatis, diuerſa
ponderis nomina oriuntur, apud diuerſas
nationes. Si ſecundum menſuram duobus B
modis. Primo liquidorum. Secundo ſolido-
rum. Et ſi talia poſſint ponderari; tamen
nomine menſuræ comprehenduntur; & ſi
liquida fuerint, menſurantur diuerſis men-
ſuris, diuerſorum nominum; vt cochlear,
cyathus, amphora, vrna, brenta (vulgari no-
mine) ſi ſolida, etiam varijs nominibus. Vt
ſcupelli, menelle, quartari, minæ, ſtari, ſexta-
rij, ſachi, vernacula lingua; quæ ſi compo-
nantur, diuerſa nomina apud diuerſas na- C
tiones ſortiuntur, vt modius duplex ſaccus.
Secundò per modum quanti conſideratur
nutriens, vt tale eſt continuum, aut diſcre-
tum, poſitionemque habens, aut non. Ter-
tiò vt tres dimenſiones habet; longitudinem
ſcilicet, latitudinem, & profunditatē. Quar-
tò prout æquale, aut inæquale; & vt referri

A poteſt ad inuicem, aut ad diuerſa, & vt maioris gradus aut minoris exiſtit, id cuius fit relatio, tàm ratione ponderis, quàm ratione menſuræ. Octauo conſideratur nutriens, per modum qualitatis, & hoc tribus modis. Primò per modum qualitatis primario exiſtentis. Secundo ſecundario. Tertio per ſimilitudinem. Primario pluribus modis, cum qualitas diuerſimodè conſideretur; & primo ſecundum quatuor ſpecies qualitatis, vt ſecundum habitum, & diſpoſitionem: formam, & figuram: naturalem potentiam, aut B impotentiam: paſsionem, & paſsibilem qualitatem; quæ omnia ſunt neceſſaria, magis tamen eſt neceſſaria cognitio paſsibilium qualitatum, quæ in nutriente inſunt. à medico tamen, aut à natura, hæ non conſiderantur eodem modo, vt inſunt in ipſis medicamentis, ſed prout nutriens, nutritionem faciens, reddit membrum tale, ipſum non alterando, aut immutando ad aliud: ſed au- C gendo, aut conſeruando. Sic vt nutriens in hoc differat à medicamento. vt Gal. 1. ſimp. med. 1. & 3. cap. 3. qualitates hæ paſsibiles conſiderantur pluribus modis. Primo vt ſimplices inſunt; vt cal. frig. hu. ſicca. Secundo vt compoſitæ cal. ſcilicet & ſicca; cal. & hu. frig. & ſicca: frigida, & hu. Tertiò per quatuor gradus, vt in primo, ſecũdo, tertio,

& quarto. Quarto prout talia conſiderantur ſecundum magis, & minus; & prout gradus in quatuor diuidi poſſunt; & prout propinquiores ſunt principio principij gradus, quàm medio, aut fini. hæc Gal. 4. Apho. 13. cauſis morborum 2. & 3. quæ ſub nomine humi. cal. ſicc. & frig. Secundò conſideratur nutriens, per modum qualitatis, ſecundario; i. ſecundum quòd qualitates ſecundæ ſubſequuntur primas; vt Gal. 1. alim. facul. 1. Et maximè ſenſibus exterioribus patent; vt guſtui, ſi fuerit dulce, amarum, acidum, acerbum, acre, inſipidum, nitroſum, ſalſum, auſterum, exaſperans, emolliens, pingue, aqueum, aſtringens, acutum, vnctuoſum, ponticum, ſtipticum, acetoſum, & medium inter extrema: & ſi ſciam, quòd perſæpe ſolum quinq; numerantur; vt dulce, amarum, ſalſum, acerbum, & acre. Nos tamen clarioris doctrinæ gratia ſupraſcripta notauimus. Tactui, vt denſum, rarum, aſperum, lene, molle, durum, friabile, lentum, leue, graue, craſſum, tenue: quæ licet conſiderentur per modum ſubſtantiæ, poſſunt tamen etiam conſiderari, vt ſunt obiecta tactus. Odoratui ſic, vt fragrans, & fętēs, & medio modo. Viſui, vt album, nigrum, fuluum, croceum, viride, rubeum, pallidum, glaucum, diuerſicolor, ſplendens, rufum, cæruleum; & penæ alij in- A B C

finiti colores; qui reperiuntur veluti medij
A inter hos, qui carent nominibus proprijs. Auditu vero videtur, quod nulla ſubſequatur qualitas, cuius opera poſsimus arguere de nutriente, ſecundum eius qualitatem: & in rei veritate, non videtur ſequi; quod ſi ſequeretur, de ipſa mentionem feciſſet Gal. de alim. facul. & ſimp. med. Aut alibi, quod certe ego apud ipſum aut alios viderim: dicerem tamen, quod in fractione ſolidorum, & liquidorum agitatio eſt: perficitur talis co-
B gnitio. Nam ſonus auditur, & multa de tali ſono iudicantur. Vltimo per modum qualitatis conſideratur nutriens, ſecundum ſimilitudinem aut diſsimilitudinem ad ipſum; aut ad aliud. Nono conſideratur nutriens, per modum relationis, & ſi talis relatio poſſit eſſe in omni prædicamento, tamen quadam magis ſcitu digna? Primo conſideratur per modum relationis, quando nutriens refertur ad ſana corpora, ſecundum triplicem
C conſiderationem, conſeruationis ſcilicet, auctionis, & conſeruationis; & prout iſta tria dicuntur de omni conſideratione, tam ſexus, quam ætatis, exercitij, habitationis, & infinita pæne alia, quæ ſilentio prætereunda ſunt. Secundo prout refertur ad ægra, aut medio modo ſe habentia in eo quod virtus cuſtodienda eſt, in ordine ad morbum, & ſecun-

ſecundum tempora ipſius morti. Tertiò refertur ad id quod deperditur, aut deperditum eſt, vt ſit eiuſdem quantitatis, & qualitatis. Quartò ad vires, tempora, conſuetudinemq; quibus aſſuetus eſt ali, qui aſſumit nutriens, & hoc quantum ad modum relationis dicta ſint, vt ſupra. Decimò per modũ actionis, & paſsionis prout de facili, aut de difficili agit, aut patitur, & hoc tàm ratione nutrientis, quàm ratione eius, cui nutriens adminiſtratur. Vndecimò per modum habitus: certe nimis prolixi eſſemus, ſi omnes habitus nutriẽtis in medium adduceremus; ſufficiant autem quæ ſequuntur, & primo ſolidorum nutrientium: vt panis, qui præter diuerſitates ſeminum, ex quibus conficitur, vti dicemus, in cap. proprio; ſcilicet triticeus, ſiligineus, hordeaceus, & ſimilia. Secundo liquidorum, vt de vinis: quis poſſet ad vnguem habitus vinorum referre, ſecundum climata, regiones, ciuitates, & oppida, & gentium voluntates? Nam ſtudent, vt vina diuerſos habitus retineant diuerſis ingenijs, quorum non nulla nominabo vernacula lingua, quæ apud nos reperiuntur, tam alba, quàm fulua trebiano, moſcatello, guarnazolla dolce, & ſecca, diollo, berbeſino, altrughe, gregho, roſe, pignolo, molinero, malualia, & pene infinita nomina, non ſolum A B C

A apud ruſticos, ſed apud nobiles, & vti diximus de ſolido, & liquido ſub nomine panis, & vini, etiam intelligendum eſt de omni nutriente. Duodecimò per modum temporis nutriens conſideratur, antiquum ne fuerit, an recens, an medium, & hæc per momenta, horas, dies, hebdomades, menſes, annos, & luſtra. Decimotertiò per modum ſitus, & vbi; non quòd eadem ſint, nec quòd ſitus ſit ſpecies vbi, ſed quòd iſta duo loca ſignificent; vbi magis vniuerſale, ſitus parti-
B culare. nutriens per modum, vbi, conſideratur, vt num ortum ſit in oriente, occidente, meridie, ſeptentrione, an aliquo climate, regione, aut huiuſmodi locis vniuerſalibus. Per modum ſitus vt in terra cænoſa, arenoſa, paludoſa, montanea, aquoſa: & hoc non ſolum de vno nutriente, ſed de omnibus. nam ratione locorum in vniuerſali, & particulari, nutriens diuerſam naturam ſortitur, hinc diuerſi effectus. hinc non eſt mirum, quòd
C circa ipſum nutriens varij varia ſenſerint. Decimoquartò conſideratur nutriens in eo, quòd magis aut minus vni quam alteri familiare eſt, & appetitui ſatisfacit, vnde dicebat Hip. 2. apho. 23. ſi paulò deteriora, tamen ſuauiora.

DE

A

DE AERE.

Cap. II.

ABSOLVTO tractatu de diæta, quatenus nomine liquidi, & ſolidi .i. cibi, & potus continetur, ſequitur contētum ſub nomine aëris: in cuius declaratione, primo quid nominis, ſecundò quid rei, tertiò in quot partes diuidatur, quartò quæ nam ſint illæ B partes oſtendendum. primo ergo ne laboremus in æquiuocis, aer ſumitur à quibuſdam referente Gal. 3: differ. pul. penultimò 1: differentijs feb. 1: pro regione, locoq; vacuo, ad excipienda corpora, ſecundo pro corpore ſimplici, tertio pro ſpiritu, quarto pro ambiente, quinto pro flatu. Hipp. de flatib. ſexto ꝓ ambiente. nos ꝓ cōflato ex quatuor elementis, & penetrante corpora, videlicet per poros cutis, & alia loca; vt os, nares, oculos, aures, aliaſq; partes tranſit, calorem, & C ſpiritus conſeruans. Hoc autem modo ſumitur in præſenti: & cum diuidatur in tres partes, in eam ſcilicet, quæ propinqua eſt igni, & in eam quæ media eſt, & in tertiam quæ nos ambit, ſolum de ambiente intelligimus, quæ de facili immutatur, & alteratur

A ab exhalationibus, & vaporibus aquæ, & terræ; immutata vero, & alterata, immutat, & alterat corpora; vnde aëris conſideratio requiritur, ad conſeruandam ſanitatem, aut recuperandam; hinc vt inculpata fiat aeris conſideratio; videndum erit; an ſit bonus, an malus: Cognitio autem huiuſmodi fiet; ſi conſiderauerimus res aeri expoſitas, ſi de facili corrumpuntur; aut de difficili; aut ſi incorruptæ ſeruantur. Nam perſæpe aer eſt adeò prauus, vt corpora quãuis ſint ſana, &
B inculpata, tamen damni non nihil patiantur ab ipſo: vnde Hip. in magna peſtilentia propter aeris corruptionem, vt talem remoueret, iuſsit ſyluas comburi, & ita aer expurgatus fuit. Aliquando aer eſt bonus non tamen ſalubris, ſecundum talia corpora, quibus medicus medetur: hinc cogitur aliquo ingenio ipſum immutare, & eum reducere ſecundum opportunam neceſsitatem eius, in cuius curam incumbit. Quæ aeris conſideratio
C pluribus modis fieri poteſt. Primo quantum ad conſuetudinem eius qui patitur; nam in aere ſibi familiari & conſueto viuit, & habitat commodius, quàm in alio; & ſi longè diſiungitur ab ipſo, de facili immutatur, & damnis eſt obnoxius. Hæc autem conſuetudo, & familiaritas poteſt conſiderari pluribus modis: primo ratione ſubtilitatis, aut den-

ſitatis:

ſitatis: ſecundo ratione partium temporis: tertio ratione habitationum montium, ac vallium: quarto ratione aquarum quæ exitum non habent, & de facili corrumpuntur: quintò quod maritimus ſit: ſextò quod ſit ſubterraneus, & cauernoſus, aut ſecus: ſeptimo quòd ſit facilis ſpirationis, aut difficilis: octauo ratione locorum quibus puteamina reponuntur. Et vt vnico verbo dicam de aere conſiderabitur, quòd non ſit multũ immutatus à natura ſua cal. & hum. propter aliquam mixtionem vaporum, aquæ, aut terræ. Conſiderabitur ſecundo modo ratione morbi; nam vt morbus remoueatur, neceſſe eſt vt medicus, ſecundum exigentiam morbi, aerem etiam conſideret; quæ conſideratio perficitur, aut eligendo aerem talem natura, aut varijs ingenijs ipſum præparare: vt hyeme cal. reddendo, æſtate frigidum. Scopi autem obſeruandi poſt dicentur. Hinc patet quid nominis, quid rei, quæ aeris partes. Reſtat, vt eas examinemus, id autem tripartita conſideratione: quarum prima eſt, quæ nos ambit vti diximus, & ea eſt, cuius beneficio viuunt animalia. Secunda eſt in qua nubes, pluuiæ, niues, grandines, rores, pruinæ, & ſimilia aggregantur. Tertia ea eſt in qua fulgura, tonitrua, coruſcationes, trabes, & ſimilia conſpiciuntur, & hæc omnia fiunt ex

exhalationibus, & vaporibus aquæ, & terræ:
A quæ in vnum coaleſcentes deſcendunt, aut conſpiciuntur, & mutari de loco, ad locum, iuxta ventorum agitationes, ſed hæc hactenus.

DE MOTV, ET *quiete.* *Cap. III.*

SEQVITVR motus, in cuiq; ex-
B plicatione hunc ordinem ſeruabimus; primo quid nominis, ſecundo quid rei, tertiò quot ſint: vltimo ſingulas partes examinabimus. pro primo igitur dicimus, quòd motus ſumitur pluribus modis: Primo pro mutatione animæ: ſecundo pro exercitatione, 2. ſanit. tuend. 1. tertio pro calore, quarto pro labore 2. Apho. 16. & 4. 32. quinto pro tranſmutatione, Ari. 4. phy. 97. ſextò vt eſt quid com-
C poſitum, ex voluntate, & natura. Gal. 8. decretis 1. Septimò, vt eſt receſſus corporis ab eo in quo erat, vt Gal. 1. nat. 1. 1. meth. 6. Octauo pro motu brachiorum, cordis, & diſpenſatione alimenti 7. decret. Pla. 1. Nonò pro naturali, aut voluntario. Decimò prout eſt ſenſibilis, aut inſenſibilis. 4. diff. pul. 2. Gal. Vndecimò actiuus, aut paſsiuus 1. met. med.

6.& 2.3. Gal. Nos verò per motum intelligimus neceſſariam agitationem ad conſeruandam ſanitatem, aut tollendam ęgritudinem, iuxta quatuor ſpecies motus. 1. nat. lu. 1. Prima ratione ſubſtantiæ, vt generatio, & corruptio. Secunda ratione quantitatis, vt auctio, & diminutio. Tertia ratione qualitatis, vt alteratio. Quarta ratione loci, & latio vocatur. Supereſt vt abſoluamus, quòd quartũ erat in ordine, ideſt explicare ipſas partes. Primũ igitur aggredientes, dicimus quòd motus generationis nil aliud eſt quàm via de non eſſe ad eſſe: motus corruptionis contra. Motus auctionis eſt corporis, & mẽbrorum extenſio, ſecundum triplicem dimenſionem; longitudinem ſcilicet, latitudinem, & profunditatem: diminutionis contra. Tertia ſpecies ſic ſe habet: alteratio eſt mutatio de qualitate in qualitatem, aut de gradu qualitatis in gradum qualitatis, ſecundum plures, aut minores gradus. Et hæc conſideratio duobus partibus perficitur; nempe iuxta primas quatuor qualitates, & ipſas ſubſequentes; quæ ſenſu tactus alijſq; ſenſibus percipiuntur. Latio quæ quarta eſt ſpecies, eſt delatio de loco ad locum, ſecundum omnes differentias; vt ſurſum, & deorſum, antrorſum, retrorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, intra, extra, & in gyrum; alijs deniq;

A

B

C

A niq; pluribus modis, prout corpora varia loca mutant, ſecundum ſe tota, aut ſecundũ partes. Nam ſæpe pedes, & brachia, loca mutant, tamen corpus non mutatur, de loco, ad locum. Hæc de motu breuiter dicta ſint. Explicanda eſt ea pars, quæ motui contraria eſt, & quies dicitur: hæc autem totidem & iiſdem modis conſideratur quibus motus, iuxta illud Ariſt. quot modis dicitur vnũ appoſitorum, totidem eius contrarium. In præſenti tamen per quietem intelligimus
B corporis immobilitatem, non tantum ratione loci, ſed iuxta alias tres ſpecies motus. Sic autem definitur quies à Gal. 1. nat. facul. 1. Ergo cum corpus aliquod ab iis, ſub quibus ante fuit, in nullo eſt immutatum, quieſcere, id dicimus: (nec non de motu) quod ſi in aliquo ab iis receſsit, ſecundum illud moueri. Plurimæ aliæ quietis definitiones ponuntur à Gal. ſecundum quòd quies diuerſa ſignificat, vt idem Gal. 4. Apho. 13.
C Quies eſt vacatio ab exercitatione. Nam ut opponitur exercitationi definitur. nos uero primam ſumimus, quæ directè concludit intentionem noſtram nec non motus definitionem.

DE

DE SOMNO, ET Vigilia. Cap. IIII. A

DEINCEPS, ad quartam dictæ partem accedendum, nomine ſomnii, & vigiliæ compræhenſe. In ſomnii explicatione hunc ordinem ſeruabimus. Primò quid nominis. Secundò quid rei. Tertiò non nulla explicabimus, quæ ſcire operæ precium fuerit. Quòd B ad primum; ſciendum, quòd ſomnus nomine lethi dicitur: Gal. 3. cau. pul. 4. in eo quòd ſimilitudinem habeat cum morte. Secundò ſoporem ſignificat, & eſt quid præter naturam, aut ſecundum naturam, prout Gal. diff. ſymp. Tertiò ſignificat affectionem pituitoſam, putridam, aut non putridam, hiſce nominibus caros, catoche, catalepſis, cataphora, lethargus, quæ delationem in ſomnum ſignificat, vt idem Gal. loco citato. Quartò C pro ligamento, & quiete ſenſuum, & reuerſione ipſorum, ab inſtrumentis ad partem interiacentem corporis, vti Auer. 2. colligit 21. Quinto pro immobilitate, vinculo, paſſione quadam ſenſitiuæ particulæ corporis, Ariſt. de ſomno, & vig. 1. Sextò pro refrigeratione, & humectatione primi ſenſiterij,

Gal.

A Gal.2.in 1.pro ret.29. ideſt cerebri, quando ex humidi copia vrili grauatur corpus. Gal. 2.in 1.pro ret.2.1.cauſis ſymp. vlti, 2. Apho. 3. Cum igitur tot ſint ſomni appellationes. Nos per ſomnum intelligimus ligamentum quinq; ſenſuum exteriorũ, à proprijs actionibus: recurſumq; caloris ; ad interiora, ex quo optima; ac probatiſsima fit alimentorum concoctio. Ex hiſce igitur à nobis expoſitis non ſolum quid nominis cognoſcitur, ſed etiam quid rei; Pergendum ad tertium: B dicimus autem quòd de ſomno multa ſunt ſcitu digna; ſi ſi uires corroborat, aut diſſoluit, ſi ſit longus, aut breuis; cum crepitu, quòd ſtertere dicimus, profundus, ideſt difficilis excitationis, aut non profundus, ideſt facilis excitationis, diurnus, nocturnus, immediatè à cibo, aut per ſpatium temporis. Gal. 1. in 1. pro ret.5. ſi ſomno correpti ſurgant, clament, uociferentur, timeant, expaueſcant, an ſupini iaceant, aut alterum in la-C tus incumbant, ore ne, aut oculis clauſis, an apertis, cum dentium ſtridore, aut ſine, nec non manuum geſticulatione, & pedum agitatione: his addatur conſuetudo, ętas, regio, cæli ſtatus, uires, & morbus. Quę omnia ſumma cum diligentia, & ſtudio ſunt conſideranda: hæc de ſomno. Sequitur uigilia uti appoſita ſomno, de qua eadem erunt conſideranda,

randa, & eadem methodo uti de ſomno diximus, per appoſita. Tamen ſeruantes Ariſt. A regulam ſupra enarratam de oppoſitis poſt prædicamentorum tractationem.

DE IIS QVÆ EXcernuntur, & retinentur.

Cap. V.

OFFERT ſe nobis quinta pars adminiſtrationis diætæ, nomine B eorum, quæ excernuntur, & retinentur, prout Gal. 3. Ar. med. 2. quam explicabimus, eundem ordinem ſeruantes, quem hactenus ſeruauimus. Primò quid nominis. Secundò quid rei. Tertiò quot modis ea conſiderentur. nomina autē ſunt hæc; repletio, exinanitio, multitudo, paucitas, refectio, deperditio. quid rei patet doctrina. Gal. 1. Apho. 2. & 3. & libro de multit. & uenæſec. nec non aduerſus Eraſis. C & aduerſus eraſiſtra. Quòd inanitio eſt omnium uaſorum euacuatio, ſicuti repletio omnium humorum in uaſis redundantia: & iſta duobus modis; quo ad uaſa, & quo ad uires. uti Gal. de inanitione, & redundantia. Quo ad uires, non eſt locus declarationis in præſenti. Quo ad uaſa, regimen, ſeu adminiſtratio

tio fiat: pluribus conſideratur modis, animaduertendo quòd adminiſtratio inanitionis, aut repletionis, à nobis non intelligitur de ea, quæ perficitur media, aut copia alimenti, aut medicamento, ſeu chirurgia, quando intentio eſt totum corpus inanire, aut replere: cum medicina nihil aliud ſit quàm adiectio, & ablatio eorum quæ circa corpus. Sed intelligitur de inanitione, & repletione excrementorum primæ, ſecundæ, & tertiæ concoctionis. Nam talia retenta ſolent grauiſsimas affectiones procreare; ſimiliter etiã ſi in immodica quantitate exeant, vt fęces, urina, ſudor. Conſideratur ergo hæc adminiſtratio pluribus modis; primò ſi uolumus fęces exinanire per ſuperius, aſſumendo aliquid, quod ſui natura talem præbeat facultatem, & ſunt caſsia; diaprunis, non ſolutiuus, electarium leniens, diacathicon, nec nõ manna. Perſæpe his qui paupertate premuntur, ſole leniens apponatur, ut R. mercurialis, malnæ an. m. ſ. paſſuiatum. Aquinorum damaſeuar. nu. xx. decoquantur in ſufficienti quantit. aquæ uſq; ad conſumptionem medietatis, cuius decoc. R. bo. pul. ſeme ℥ 1. & item decoquantur ad conſumptionem medietatis, poſtea, ut alia lenientia aſſumatur. Secundo ſi per inferius inijciãtur aliqua quę ſua qualitate leniant, aut ſtimulare poſſunt

natu-

naturam ad irritandum, & talia ſunt enemata, quæ in hunc modum parari poſſunt. R. decoctionis maluæ, biſmaluæ, matrum violarum, mercurialis, an. m. ſ. decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad perfectã herbarũ coctionem, cuius iuris. R. lib. 1. ſeu vnc. viij. olei oliuarum, vnc. iij. butyri vnc. j. ſ. ſalis ſcr. ſ. miſce pro enemate. Irritantia ſunt, vt ſuppoſitoria ex melle roſaceo ſolutiuo, ex ſapone, radicum blitis, aut ex ficu arida, in glandem redacta, aut ex grano ſalis, & ſimilibus, in ano impoſitis, aut imponatur pluma anſeris, aut gallinæ, madefacta oleo, & linita butyro. Sæpe etiam inunctiones videntur idem pręſtare, ſi regio ab vmbilico ad os pubis inungatur, inunctio ſic fit. R. fellis tauri vnc. ij. butyri vnc. j. aloes dra. j. ſ. olei vnc. ij. ſ. miſce additur aliquãdo colocynthis, ad dra. j. Quomodo ſudor, & vrina prouocetur, varia ponuntur ab auctoribus, ſed ſolum pauca à nobis, & primo de vrina eo quòd primò generatur, vt Gal. 10. ſimp. med. facul. 14. de ſudore. Quomodo ciatur clarè Gal. 5. ſup. 13. vbi plurima ponit; vt ſemen apij, petroſelini, fęniculi, dauci, agrioſelini, ſmyrnij, ſeſelij, ammi, phu, meon, aſaron, acoron, & talia in puluere aſſumpta, & etiam varijs ingenijs parata. ſudorem prouocant: apium, calamentum, ciclaminis radix, idem pręſtãt ex

A

B

C

A apud ruſticos, ſed apud nobiles, & vti diximus de ſolido, & liquido ſub nomine panis, & vini, etiam intelligendum eſt de omni nutriente. Duodecimò per modum temporis nutriens conſideratur, antiquum ne fuerit, an recens, an medium, & hæc per momenta, horas, dies, hebdomades, menſes, annos, & luſtra. Decimotertiò per modum ſitus, & vbi; non quòd eadem ſint, nec quòd ſitus ſit ſpecies vbi, ſed quòd iſta duo loca ſignificent; vbi magis vniuerſale, ſitus parti-
B culare. nutriens per modum, vbi, conſideratur, vt num ortum ſit in oriente, occidente, meridie, ſeptentrione, an aliquo climate, regione, aut huiuſmodi locis vniuerſalibus. Per modum ſitus vt in terra cænoſa, arenoſa, paludoſa, montanea, aquoſa: & hoc non ſolum de vno nutriente, ſed de omnibus. nam ratione locorum in vniuerſali, & particulari, nutriens diuerſam naturam ſortitur, hinc diuerſi effectus. hinc non eſt mirum, quòd
C circa ipſum nutriens varij varia ſenſerint. Decimoquartò conſideratur nutriens in eo, quòd magis aut minus vni quam alteri familiare eſt, & appetitui ſatisfacit, vnde dicebat Hip. 2. apho. 23. ſi paulò deteriora, tamen ſuauiora.

A

DE AERE.

Cap. II.

ABSOLVTO tractatu de diæta, quatenus nomine liquidi, & ſolidi.i. cibi, & potus continetur, ſequitur contētum ſub nomine aeris: in cuius declaratione, primo quid nominis, ſecundò quid rei, tertiò in quot partes diuidatur, quartò quæ nam ſint illæ partes oſtendendum.primo ergo ne laboremus in æquiuocis, aer ſumitur à quibuſdam referente Gal.3. differ.pul. penultimò 1.differentijs feb. 1. prò regione, locoq; vacuo, ad excipienda corpora, ſecundo pro corpore ſimplici, tertio pro ſpiritu, quarto pro ambiente, quinto pro flatu. Hipp.de flatib. ſexto ꝑ ambiente.nos ꝑ cōflato ex quatuor elementis, & penetrante corpora, videlicet per poros cutis,& alia loca;vt os,nares, oculos, aures, aliaſq; partes tranſit, calorem, & ſpiritus conſeruans. Hoc autem modo ſumitur in præſenti: & cum diuidatur in tres partes, in eam ſcilicet, quæ propinqua eſt igni, & in eam quæ media eſt, & in tertiam quæ nos ambit, ſolum de ambiente intelligimus, quæ de facili immutatur, & alteratur B C

A ab exhalationibus,& vaporibus aquæ, & ter-
ræ; immutata vero, & alterata, immutat, &
alterat corpora; vnde aeris conſideratio re-
quiritur, ad conſeruandam ſanitatem, aut
recuperandam; hinc vt inculpata fiat aeris
conſideratio; videndum erit; an ſit bonus,
an malus: Cognitio autem huiuſmodi fiet;
ſi conſiderauerimus res aeri expoſitas, ſi de
facili corrumpuntur, aut de difficili; aut ſi
incorruptæ ſeruantur. Nam perſæpe aer eſt
adeò prauus, vt corpora quãuis ſint ſana, &
B inculpata, tamen damni non nihil patiantur
ab ipſo: vnde Hip. in magna peſtilentia pro-
pter aeris corruptionem, vt talem remoue-
ret, iuſsit ſyluas comburi, & ita aer expurga-
tus fuit. Aliquando aer eſt bonus non tamen
ſalubris, ſecundum talia corpora, quibus
medicus medetur: hinc cogitur aliquo inge-
nio ipſum immutare, & eum reducere ſecun-
dum opportunam neceſsitatem eius, in cu-
ius curam incumbit. Quæ aeris conſideratio
C pluribus modis fieri poteſt. Primo quantum
ad conſuetudinem eius qui patitur; nam in
aere ſibi familiari & conſueto viuit, & habi-
tat commodius, quàm in alio; & ſi longè diſ-
iungitur ab ipſo, de facili immutatur, & da-
mnis eſt obnoxius. Hæc autem conſuetudo,
& familiaritas poteſt conſiderari pluribus
modis: primo ratione ſubtilitatis, aut den-

ſitatis;

ſitatis: ſecundo ratione partium temporis: A
tertio ratione habitationum montium, ac
vallium: quarto ratione aquarum quæ exi-
tum non habent, & de facili corrumpuntur:
quintò quod maritimus ſit: ſextò quod ſit
ſubterraneus, & cauernoſus, aut ſecus: ſe-
ptimo quòd ſit facilis ſpirationis, aut diffi-
cilis: octauo ratione locorum quibus putea-
mina reponuntur. Et vt vnico verbo dicam
de aere conſiderabitur, quòd non ſit multũ
immutatus à natura ſua cal. & hum. propter
aliquam mixtionem vaporum, aquæ, aut ter- B
ræ. Conſiderabitur ſecundo modo ratione
morbi; nam vt morbus remoueatur, neceſſe
eſt vt medicus, ſecundum exigentiam mor-
bi, aerem etiam conſideret; quæ conſidera-
tio perficitur, aut eligendo aerem talem na-
tura, aut varijs ingenijs ipſum præparare: vt
hyeme cal. reddendo, æſtate frigidum. Sco-
pi autem obſeruandi poſt dicentur; Hinc pa
tet quid nominis, quid rei, quæ aeris partes.
Reſtat, vt eas examinemus, id autem tripar- C
tita conſideratione: quarum prima eſt, quæ
nos ambit vti diximus, & ea eſt, cuius bene-
ficio viuunt animalia. Secunda eſt in qua nu-
bes, pluuiæ, niues, grandines, rores, pruinę,
& ſimilia aggregantur. Tertia ea eſt in qua
fulgura, tonitrua, coruſcationes, trabes, &
ſimilia conſpiciuntur, & hæc omnia fiunt ex

exhalationibus, & vaporibus aquæ, & terræ:
A quæ in vinum coaleſcentes deſcendunt, aut
conſpiciuntur, & mutari de loco, ad locum,
iuxta ventorum agitationes, ſed hæc hacte-
nus.

D E M O T V, E T quiete. Cap. III.

SEQVITVR motus, in cuiq; ex-
B plicatione hunc ordinem ſerua-
bimus; primo quid nominis, ſe-
cundo quid rei, tertiò quot ſint:
vltimo ſingulas partes examinabimus. pro
primo igitur dicimus, quòd motus ſumitur
pluribus modis: Primo pro mutatione ani-
mæ: ſecundo pro exercitatione, 2. ſanit.
tuend. 1. tertio pro calore, quarto pro labo-
re 2. Apho. 16. & 4. 32. quinto pro tranſmu-
tatione, Ari. 4. phy. 97. ſextò vt eſt quid com-
C poſitum, ex voluntate, & natura. Gal. 8. de-
cretis 1. Septimò, vt eſt receſſus corporis ab
eo in quo erat, vt Gal. 1. nat. 1. 1. meth. 6.
Octauo pro motu brachiorum, cordis, & di-
ſpenſatione alimenti 7. decret. Pla. 1. Nonò
pro naturali, aut voluntario. Decimò prout
eſt ſenſibilis, aut inſenſibilis. 4. diff. pul. 2. Gal.
Vndecimò actiuus, aut paſsiuus 1. met. med.

6. &

6.& 2.3. Gal. Nos verò per motum intelligimus neceſſariam agitationem ad conſeruandam ſanitatem, aut tollendam ęgritudinem, iuxta quatuor ſpecies motus. 1. nat. lu. 1. Prima ratione ſubſtantiæ, vt generatio, & corruptio. Secunda ratione quantitatis, vt auctio, & diminutio. Tertia ratione qualitatis, vt alteratio. Quarta ratione loci, & latio vocatur. Supereſt vt abſoluamus, quòd quartũ erat in ordine, ideſt explicare ipſas partes. Primũ igitur aggredientes, dicimus quòd motus generationis nil aliud eſt quàm via de non eſſe ad eſſe: motus corruptionis contra. Motus auctionis eſt corporis, & mẽbrorum extenſio, ſecundum triplicem dimenſionem; longitudinem ſcilicet, latitudinem, & profunditatem: diminutionis contra. Tertia ſpecies ſic ſe habet: alteratio eſt mutatio de qualitate in qualitatem, aut de gradu qualitatis in gradum qualitatis, ſecundum plures, aut minores gradus. Et hæc conſideratio duobus partibus perficitur; nempe iuxta primas quatuor qualitates, & ipſas ſubſequentes: quæ ſenſu tactus alijſq; ſenſibus percipiuntur. Latio quæ quarta eſt ſpecies, eſt delatio de loco ad locum, ſecundum omnes differentias; vt ſurſum, & deorſum, antrorſum, retrorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, intra, extra, & in gyrum; alijs deniq;

A niq; pluribus modis, prout corpora varia loca mutant, ſecundum ſe tota, aut ſecundũ partes. Nam ſæpe pedes, & brachia, loca mutant, tamen corpus non mutatur, de loco, ad locum. Hæc de motu breuiter dicta ſint. Explicanda eſt ea pars, quæ motui contraria eſt, & quies dicitur: hæc autem totidem & ijſdem modis conſideratur quibus motus, iuxta illud Ariſt. quot modis dicitur vnũ appoſitorum, totidem eius contrarium. In præſenti tamen per quietem intelligimus
B corporis immobilitatem, non tantum ratione loci, ſed iuxta alias tres ſpecies motus. Sic autem definitur quies à Gal. 1. nat. facul. 1. Ergo cum corpus aliquod ab ijs, ſub quibus ante fuit, in nullo eſt immutatum, quieſcere, id dicimus: (nec non de motu) quod ſi in aliquo ab ijs receſsit, ſecundum illud moueri. Plurimæ aliæ quietis definitiones ponuntur à Gal. ſecundum quòd quies diuerſa ſignificat, vt idem Gal. 4. Apho. 13.
C Quies eſt vacatio ab exercitatione. Nam ut opponitur exercitationi definitur. nos uerò primam ſumimus, quæ directè concludit intentionem noſtram nec non motus definitionem.

DE

DE SOMNO, ET *Vigilia*. *Cap.* IIII. A

DEINCEPS, ad quartam dictæ partem accedendum, nomine ſomni, & vigiliæ compræhenſę. In ſomni explicatione hunc ordinem ſeruabimus. Primò quid nominis. Secundò quid rei. Tertiò nonnulla explicabimus, quæ ſcire operæ precium fuerit. Quòd B ad primum, ſciendum, quòd ſomnus nomine lethi dicitur. Gal.3. cau. pul.4. in eo quòd ſimilitudinem habeat cum morte. Secundò ſoporem ſignificat, & eſt quid præter naturam, aut ſecundum naturam, prout Gal. diff. ſymp. Tertiò ſignificat affectionem pituitoſam, putridam, aut non putridam, hiſce nominibus caros, catoche, catalepſis, cataphora, lethargus, quæ delationem in ſomnum ſignificat, vt idem Gal. loco citato. Quartò C pro ligamento, & quiete ſenſuum, & reuerſione ipſorum, ab inſtrumentis ad partem interiacentem corporis, vti Auer. 2. colligit 21. Quinto pro immobilitate, vinculo, paſſione quadam ſenſitiuæ particulæ corporis, Ariſt. de ſomno, & vig. 1. Sextò pro refrigeratione, & humectatione primi ſenſiterij,

Gal.

A Gal.2.in 1.pro ret.29. ideſt cerebri, quando ex humidi copia vili grauatur corpus. Gal. 2.in 1.pro ret.2.1.cauſis ſymp. vlti, 2. Apho. 3. Cum igitur tot ſint ſomni appellationes. Nos per ſomnum intelligimus ligamentum quinq; ſenſuum exteriorũ, à proprijs actionibus: recurſumq; caloris; ad interiora, ex quo optima, ac probatiſsima fit alimentorum concoctio. Ex hiſce igitur à nobis expoſitis non ſolùm quid nominis cognoſcitur, ſed etiam quid rei: Pergendum ad tertium:
B dicimus autem quòd de ſomno multa ſunt ſcitu digna; ſi ſi uires corroborat, aut diſſoluit, ſi ſit longus, aut breuis; cum crepitu, quòd ſtertere dicimus, profundus, ideſt difficilis excitationis, aut non profundus, ideſt facilis excitationis, diurnus, nocturnus, immediatè à cibo, aut per ſpatium temporis. Gal. 1. in 1. pro ret.5. ſi ſomno correpti ſurgant, clament, uociferentur, timeant, expaueſcant, an ſupini iaceant, aut alterum in la-
C tus incumbant, ore ne, aut oculis clauſis, an apertis, cum dentium ſtridore, aut ſine, nec non manuum geſticulatione, & pedum agitatione: his addatur conſuetudo, ętas, regio, cæli ſtatus, uires, & morbus. Quę omnia ſumma cum diligentia, & ſtudio ſunt conſideranda: hæc de ſomno. Sequitur uigilia uti appoſita ſomno; de qua eadem erunt conſideranda,

randa, & eadem methodo uti de ſomno diximus, per appoſita. Tamen ſeruantes Ariſt. A regulam ſupra enarratam de oppoſitis poſt prædicamentorum tractationem.

DE IIS QVÆ EXcernuntur, & retinentur.

Cap. V.

Offert ſe nobis quinta pars administrationis diætæ, nomine B eorum, quæ excernuntur, & retinentur, prout Gal. 3. Ar. med. 2. quam explicabimus, eundem ordinem ſeruantes, quem hactenus ſeruauimus. Primò quid nominis. Secundò quid rei. Tertiò quot modis ea conſiderentur. nomina autẽ ſunt hæc; repletio, exinanitio, multitudo, paucitas, refectio, deperditio. quid rei patet doctrina Gal. 1. Apho. 2. & 3. & libro de multit. & uenæſec. nec non aduerſus Eraſis. C & aduerſus eraſiſtra. Quòd inanitio eſt omnium uaſorum euacuatio, ſicuti repletio omnium humorum in uaſis redundantia: & iſta duobus modis; quo ad uaſa, & quo ad uires. uti Gal. de inanitione, & redundantia. Quo ad uires, non eſt locus declarationis in præſenti. Quo ad uaſa, regimen, ſeu adminiſtratio

A tio fiat: pluribus conſideratur modis, animaduertendo quod adminiſtratio inanitionis, aut repletionis, à nobis non intelligitur de ea, quæ perficitur inedia, aut copia alimenti, aut medicamento, ſeu chirurgia, quãdo intentio eſt totum corpus inanire, aut replere: cum medicina nihil aliud ſit quàm adiectio, & ablatio eorum quæ circa corpus. Sed intelligitur de inanitione, & repletione excrementorum primæ, ſecundæ, & tertiæ concoctionis. Nam talia retenta ſolent gra-
B uiſsimas affectiones procreare; ſimiliter etiã ſi in immodica quantitate exeant, vt fęces, urina, ſudor. Conſideratur ergo hæc adminiſtratio pluribus modis; primò ſi uolumus fęces exinanire per ſuperius, aſſumendo aliquid, quod ſui natura talem præbeat facultatem, & ſunt caſsia; diaprunis, non ſolutiuus, electarium leniens, diacathicon, nec nõ manna. Perſæpe his qui paupertate premuntur, ſole leniens apponatur, ut R. mercuria-
C lis, maluæ an. m. ſ. paſſuiatum. Aquinorum damaſcenar. nu. xx. decoquantur in ſufficienti quantit. aquæ uſq; ad conſumptionem medietatis, cuius decoc. R. bo. pul. ſeme 3 1. & item decoquantur ad conſumptionem medietatis, poſtea, ut alia lenientia aſſumatur. Secundo ſi per inferius inijciãtur aliqua quę ſua qualitate leniant, aut ſtimulare poſſunt

naturam ad irritandum, & talia ſunt enemata, quæ in hunc moduin parari poſſunt. R. decoctionis maluæ, biſmaluæ, matrum violarum, mercurialis, an. m. ſ. decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad perfectã herbarũ coctionem, cuius iuris. R. lib. 1. ſeu vnc. viij. olei oliuarum, vnc. iij. butyri vnc. j. ſ. ſalis ſcr. ſ. miſce pro enemate. Irritantia ſunt, vt ſuppoſitoria ex melle roſaceo ſolutiuo, ex ſapone, radicum blitis, aut ex ficu arida, in glandem redacta; aut ex grano ſalis, & ſimilibus, in ano impoſitis, aut imponatur pluma anſeris, aut gallinæ, madefacta oleo, & linita butyro. Sæpe etiam inunctiones videntur idem pręſtare, ſi regio ab vmbilico ad os pubis inungatur, inunctio ſic fit. R. fellis tauri vnc. ij. butyri vnc. j. aloes dra. j. ſ. olei vnc. ij. ſ. miſce additur aliquãdo colocynthis, ad dra. j. Quomodò ſudor, & vrina prouocetur, varia ponuntur ab auctoribus, ſed ſolum pauca à nobis, & primo de vrina eo quòd primò generatur, vt Gal. 10. ſimp. med. facul. 14. de ſudore. Quomodo ciatur clarè Gal. 5. ſup. 13. vbi plurima ponit; vt ſemen apij, petroſelini, fęniculi, dauci, agrioſelini, ſmyrnij, ſeſelij, ammi, phu, meon, aſaron, acoron, & talia in puluere aſſumpta, & etiam varijs ingenijs parata. ſudorem prouocant: apium, calamentum, ciclaminis radix, idem pręſtãt ex

A B C

A Aui.lib.2.tract.2.cap.150.& 158.ex Oribaſio 1.cap.23. camomelum ſiccũ,oleo perfuſum, perfricata cute, ſeſelij, pyretrum aniſum, nitrum toſtum, ſalis flos, ſi oleo commiſceátur, & cutis perfricetur, ex Trincauella fol. 86.ptiſana,mulſa,oximel, ſirup. acetoſ. ſem. melonum, ex Aegine. 1.cap. 10. liquor cyrenaicus aqua dilutus corpori infricatus, aut ciceri magnitudine epotus, nepitha cum mulſa epota, aut extrinſecus oleo infricata. Hæc pauca de his dicta ſufficiant ſecundum B intentionem noſtram: ſcio tamen quòd repletio, ac inanitio prçter primam diuiſionẽ, conſideratur pluribus modis, & primo prout repletio ex ſolido, & liquido exiſtit, vt cibus eſt,& potus,ſed cibi repletio deterior eſt potu, vnde dicitur omnis repletio mala, ſed panis peſsima, ideſt ſolidi. Secundo repletio dicitur nomine plethoria, quæ fit auctis omnibus humoribus bonis ſimul,& laudabilibus. Tertio repletio alicuius humoris, non C tamen peccantis, vt ſanguinea pituitoſa, & ſimilibus. Quarto repletio ſub nomine cacacochymia, quæ eſt redundantia prauorum humorum omnium, aut alicuius humoris praui:Gal. de tum.pret. nat.1. Quinto repletio carnis, aut pinguedinis. Sextò repletio, quo ad ſanguinem menſtruum: & quod dictum eſt de repletione, intelligendum etiam

de

de ſua contrarietate, nempe exinanitione; qui modi inanitionis, & repletionis conſide- A rantur à medico, vt ſanitatem conſeruare habeat, aut amiſſam recuperet, varijs ingenijs, prout dicetur. At quia perſæpe in prima concoctione, non ſolum fæces generantur, ſed etiam quædam aquoſitas in ſtomacho, ideo non ab re erit, talem aquoſitatem, ore, vomitu, expurgare: his vt in cap. proprio de vomitu dicetur.

DE ANIMI ACCI- B *dentibus. Cap. VI.*

VLTIMA pars ex rebus non naturalibus ſeſe offert declarãdã, quæ nomine accidentia compręhenditur, ea autem non ſunt ſpernenda à medico, & ſi non ſint in poteſtate medici: debet tamen ſummo cum ſtudio, & diligentia perpendere ea, quę faciant C ad ſalutem, ſecundum ſubiectam materiam. Nam perſæpe ſunt, qui curis, ſolicitudinibus afficiuntur, cũ medicus adhibita omni diligẽtia, ſummo ſtudio, nõ ſolũ ſuę actionis, ſed affectus cõſideratione, auxilij applicatione, iudicij ſapientia, nihil poſsit prodeſſe incurrũt in grauiſsimos errores. Quinimo multi ſæpe

A riuntur, qui quacumq; leui de cauſa, aut aſt- tium, extrinſecuſq; occurrentium, ita iraſcuntur, cruciantur, perturbantur, agitantur, vt plæraque, & ſi omni ſtudio fuerint ordinata, non modo non prodeſſe, ſed lædere etiam videantur: in tali ergo adminiſtratione debet cautus eſſe medicus, vt ægrum in optimam priſtinæ ſpem erigat ſalutis, & ſeſe totum dedat Deo optimo max. in cuius poteſtate ſunt omnia. Sed quot ſint animæ paſſiones, non eſt opus in medium adducere,
B cum tantus ſit eorum numerus, vt facilius quis poſsit ſtellas dinumerare, quàm paſsiones earum perquirere; dimittātur, & pro virili parte laboret medicus. Quid autem ſit patet, quia animæ paſsio nil aliud eſt quàm ipſius deuiatio in quo erat, hoc nomen ab omnibus ei attribuitur. Sequitur alia medicinæ pars nomine medicamenti, de qua dicemus. nemini autem mirum ſit, quòd iſta paucis verbis compræhendimus.

C

DE MEDICAMENTIS. Cap. VII.

ABSOLVTA diætæ expoſitione, quæ res non naturales numero ſex compræhendit. De ſecunda medicinæ parte, vt

verba faciamus ordo requirere videtur, nẽpe medicamenti, cuius vt nihil habeat difficultatis cognitio, eundem ordinem ſeruabimus, quem de diæta. Primo quid nominis. Secundo quid rei. Tertiò quot modis conſideretur. Quoad primum ſciendum eſt, hoc nomen medicamẽti ſumi vniuerſaliter pro omni actione medici circa corpus humanũ; ſecundum adiectionem, & ablationem, vt Gal. 12. meth. 11. Secundo vt eſt quid commune ad diætam, pharmaciam, & chirurgiã; Aui. 4. 1. 1. dicimus quod & reliqua, & Gal. ad glau. 11. Tertio pro omni medicamento ſoluente. 1. Apho. Gal. 22. & 4. 1. Quartò pro omni immutante, & alterante. Gal. 5. comp. med. per gen. 2. & 6. de Columella. Per medicamentum intelligimus rectam cognitionẽ eorum quæ ſua natura immutant noſtrum corpus ad contraria, quæ recta cognitio cõſideratur pluribus modis. Primo modo ſecundum quòd medicamentum agit virtute, ſeu facultate occulta, aut manifeſta, ideſt ſecundum quod de tali medicamento poſſumus certam rationem reddere, aut non poſſumus: vt de magnete, cuius actio eſt ferrum attrahere, ratio autem non ſcitur, & quòd de magnete dicitur, etiam de pluribus alijs poſſet dici, de quibus nulla actionis cauſa reddi poſsibile eſt, vt de portulaca in ſtupore den-

A

B

C

 tium:

A tium. Secundo vt medicamentum natura ſua non ſolum agit corpus ad contrarium immutando, ſed etiam ipſum corrumpit omnino, quod venenoſum medicamentum dicitur, & lethale. Tertiò vt à natura eſt & medicamentum & alimentum ſimul. adcò vt immutando nutriat. Quarto vt multum, aut paucum, aut mediocre, agit in corpus, ſub vna trium virtutum, aut facultatum, quarum prima eſt ratione primarum qualitatum in elementis repertarum: ſecunda ratione vir-
B tutum ex primis emanantium: tertia ratione virtutum quæ ſequuntur ex ſecundis virtutibus. Et medicamentum primo conſideratur in eo quòd calidum, frig. hum. & ſiccum, eſt. Secundo in eo quod calefacit, frigefacit, humectat, & ſiccat. Tertio in eo q̄ digerit, indurat, emollit, agglutinat, & iſta omnia ſecundum quatuor gradus, nam vel in primo gradu, vel ſecundo, vel tertio, aut quarto agit. Et hi quatuor gradus conſide-
C rantur etiam per quatuor gradus; vt puta medicamentum eſt calidum, & calefacit, ac digerit in primo gradu, iuxta principium primi gradus, & ſic deinceps vſque ad quatuor gradus, tàm de primis, quàm ſecundis, & tertijs. Quinto ſecundum quod non agit, donec & vſq; quò ipſum medicamẽtum immutatum fuerit à calore naturali, aut aliqua

præ-

præparatione artificiali. Sextò vt nõ agit in eo, ꝙ tale eſt, ſed vt,ei admiſcetur aliud medicamẽtum, ratione cuius manifeſtatur eius virtus, quæ non manifeſtaretur, niſi apponeretur aliud medicamentum aut plura. Septimo vt reſpicit partem corporis, adeo vt non manifeſtetur eius actio, & operatio, niſi in tali membro, & non in alio. Octauo vt medicamentum reſpicit plura membra, tam ſimplicia, quàm compoſita, & indifferẽter. Quòd autem de membro dicitur, etiã intelligẽdum eſt de indiuiduo, & indiuiduis, ſecundum eorum eſſentias diuerſas. Nono vt cognitio fit per modum ſubſtantiæ, quæ certè omnia conſiderat, vt de nutriente dictum eſt, ſcilicet in eo quod craſſa, denſa, ſpiſſa,lenta,glutinoſa, viſcoſa, tenuis, dura, oleaginoſa, & huiuſmodi enarrata, & alia prout natura ſic ſunt, aut arte parantur. Decimo per modum quantitatis, vt ſi fueriut pauca,aut multa,aut mediocria,& talia duobus modis, ſcilicet ſecundum pondus, aut ſecundum menſuram. vt autem breuitati ſtudeamus, ne omnia repetenda ſæpius ſint, vt de nutriente dictum fuit per modum quantitatis, idem intelligatur de medicamento, vnum tamen aduertendum, quòd quando dicimus, quòd cognitio medicamenti per modum quantitatis conſideratur, ſecundum

A pondus, & menſuram intelligimus,ſecũdum quòd ponderatur,& menſuratur, tale medicamentum, & non ſecundum quòd res eſt cui fit adminiſtratio. Vndecimo per modum qualitatis penes eandem conſiderationem nutrientis: primo per quatuor ſpecies,ſecũdo per ſimilitudinem aut diſsimilitudinem, tertio per intenſionem, aut remiſsionem iuxta tres virtutes, & ſuos gradus tam primæ, quam ſecundæ conſiderationis. qui gradus ſic cognoſcuntur; primus eſt quando medi-
B camentum non euidenter agit: ſecundus quando manifeſte: tertius quando vehemẽter: quartus ſumma cum vehementia. Quarto per venenoſitatem eius,aut non.quę qualitates venenoſæ habent conſiderari duobus modis. Primò vt ſunt adminiſtrata permanent. Secundò vt adminiſtrata alterantur,& corpus in ſuam qualitatem reducunt: quæ qualitatem venenoſam non habent, & ipſa duobus modis: nam adminiſtrata agunt,&
C non patiuntur, tamen immutant; aliqua agunt & patiuntur, ſed tandem immutant; & vincunt corpus adiectione, aut ablatione ſuperflui. Duodecimo per modum actionis; ſecundum quòd medicamenta diuerſas actiones ſeu virtutes habent, & talia nominantur,ab ipſarum actione, nã quædam ſunt abſterſiua, aduſtiua,

aggregatiua,
agglutinatiua,
apertiuæ,
aſtrictiua,
alteratiua,
attractiuæ,
remouitiua,
ampliatiua,
calefactiua,
cauteriſatiua,
cauſtica,
coctiua,
cicatriſatiua,
coagulatiua,
combuſtiua,
comminnibilia,
compreſsiua,
condenſatiua,
confortatiua,
congelatiua,
conglutinatiua,
conſolidatiua,
contractiua,
conſumptiua,
conſtrictiua;
coartatiua,
corroſiua,
coadunatiua,
corruptiua,

digeſtiua, A
diminutiua,
decoratiua,
diſſolutiua,
dyuretica,
diaphoriſtica,
emollitiua,
excoriatiua,
erodentia,
exſiccantia,
expreſsiua,
expulſiua, B
exulceratiua,
extractiua,
euaporatiua,
exaſperatiua,
frangitiua,
humectatiua,
impugnantia,
incenditiua,
inſurdatiua,
incifiua, C
incarnatiua,
incraſſatiua,
induratiua,
inflatiua,
infrigidatiua,
ingroſſatiua,
lambificatiua,

lauatiua,
A laxatiua,
lenitiua,
lenificatiua,
liquefactiua,
lubrificatiua,
lambitiua,
mollificatiua,
mordicatiua,
mundificatiua,
maceratiua,
B maturatiua,
minoratiua,
nauſeatiua,
narcotica,
opilatiua,
obſtupefactiua,
planatiua,
penetratiua,
putrefactiua,
prouocatiua,
quaſſatiua,
rarificatiua,
repercuſsiua,
reſolutiua,
retractiua,
reſumptiua,
renouatiua,
ſedatiua,
ſolutiua,
ſoporifica,
ſolidatiua,
ſtupefactiua,
ſubtiliatiua,

vomica, venefica, & pluribus alijs nominibus apud Arabes, græcos, & latinos iuxta diuerſas actiones, quæ longum eſſet atq; adeò impoſsibile omnia enarrare. Sufficiāt igi-
C tur quæ retulimus. Decimotertio per modum paſsionis: nam quædam triturationem, coctionem, elixationem, torrefactionem, maiorem, minorem ſuſtinent, quædam videntur nihil pati. Decimo quarto per modú temporis vt vetuſta, recentia, & horum media, ſecundum diuerſa tempora, nam aliqua breui tempore vetuſta ſunt, aliqua vero non.

De-

Decimoquinto per modum vbi, vt per quatuor partes mundi videlicet orientalia, occidentalia, meridiana, ſeptentrionalia,& ſecũdum diuerſa climata. Decimoſexto per modum ſitus, vt montuoſa, paludoſa, arenoſa, terreſtria, aquoſa, cęnoſa, lutoſa, vmbroſa, aut ſoli expoſita,ſumma cum diligentia educata, aut per ſe orta,& aucta. Decimo ſeptimo per modum habitus, vt ſi talia fuerint odorifera, aut mali odoris, vt inodora aut habeant aliquem habitum, aut diſpoſitionem,quæ ex natura ſua ſit de difficili mobilis non tamen conſiderando, vt qualitas eſt, ſed vt in eo natura indicatur, ſecundum quòd talem habitum habet, & non alio modo. Decimo octauo per modum relationis, & hoc pluribus modis:primò vt poteſt referri ad morbum vtq; triplici ex genere, vt in mala complexione, mala compoſitione, & ſolutione continui, & ſpecies ipſorum. Secundo ad tempora morborum,tam particularia quam vniuerſalia, vt principium, augmentum,ſtatus,& declinatio. Tertio ad materias morborum:vt ſanguinea, bilioſa, melancholica,pituitoſa,flatuoſa,ſeroſa fęcalis. Simplices aut compoſitas,ex his. Quarto ad ſymptomata morbos concomitantia ſecundum quòd maiora, minora, ſeniora, beniגniora,& media. Quinto ad indiuiduum ſe-

cundum,

A cundum ſexus, ętatem, formam, complexionem, figuram, regionem, exercitationem, vſus, morem, cõſuetudinem, aerem, habitationem, & ſecundum omnes cõſiderationes medicamentorum, quorum relatio fieri poteſt, aut ad ſe ipſum, & ad alia omnia ingratiam quorum fit conſideratio. Sexto vt ad membrum refertur, & pluribus modis. Primo vt ſimplex aut compoſitum. Secundo vt principale aut dependens à principali; aut vt inſitas habent virtutes aut ſimul inſitas, &
B influentes. Tertiò vt ſunt in ſuperficie corporis, aut intus incauitate. Quarto vt de facili membrum admittit curationem aut nõ. Septimo vt refertur cognitio medicamenti ad medicamentum, per modum ſubſtantiæ quantitatis, qualitatis, & reliquorum prædicamentorum, & ſecundum conſiderationes prædicamentorum, vt craſſa, multa, ſimilia, calefactiua, trituratiua, vetuſta, orientalia, montuoſa, odorifera, & ſimilia. Octauo vt
C refertur ad quatuor tempora, anni ad hyemem ſcilicet, ver, æſtatem, & autumnum, & vt talia tempora in quatuor partes diuiduntur. Nono vt refertur ad diei tempora, ad noctem ſcilicet mane, meridie, & veſperi. Decimo vt refertur medicamentum ad proprium medicamentum; ſecundum collectionem, maturationem, repoſitionem; & in eo

quòd

quòd radix, truncus, folia, flores, fructus, A
aquæ, folia, liquores, mineralia, animalia,
aquatica, terreſtria, aeria, & partes ipſorum.
tam in ipſorum ſubſtantia quàm in cinerem
tranſmutata. Vndecimo vt refertur ad ęgrũ
ſecundum aſſumptionem ante cibum, poſt
cibum, & in cibo, in forma liquida, ſolida,
aut medio modo ſe habentia. Duodecimo
vt refertur ad ægritudinem ſecundum maiorem
aut minorem penetrationem, & ad naturam
medicamenti. nam poſt aut ante, ſomnus
conciliandus eſt, aut vigiliæ præparandæ, B
& vt ſemel dicam, tot modis refertur
medicamentum, quot ſunt medici intentiones
in curatione morborum, ſecundum adiectionem,
& ablationem ipſorum, prout ipſa
inueniuntur, præparantur, adminiſtrantur,
ſecundum medicum pharmacopolam,
aſsiſtentes, ac vt aſſumuntur ab ægro, & nullum
ſequitur impediens à cauſa interna, naturali,
aut extranea.

C

DE

A

DE CHIRVRGIA. Cap. VIII.

SVPEREST de tertia parte medicinę eodem explicanda modo quo reliquæ duæ ſunt expoſitæ nomen chirurgia ſortita: quod eſt manus operatio, vti Gal. 1.acut.6. & Aui. 4. 1. 1. eundemq; ordinem ſeruabimus. Pri-
B mò quid nominis. Secundo quid rei. Tertio quot ſint eius partes. Quarto vnam quamq; partem aperiemus. Quòd ad primum attinet dicimus, quòd operatio manus ſumitur, primò vniuerſaliter pro omni actione manus ſiue ſit circa corpus humanum, ſiue non, ſiue circa terræ operationes, vt fodere, vites putare, & reliqua, ſecundum diuerſas artes, aut diuerſas actiones mulierum, & ſimilia: ſecũdo particulariter prout eſt pars medicinæ
C ideſt, vt perficit medicinæ actiones. Quæ ſic poteſt definiri. Chirurgia ſiue manus actio medicinæ. Gal. diff. med. intrepidarum eſt manuum celer motus cum experientia: vel eſt actio in medicina per manus artificioſa conuenientis finis cõpos lib. verò introd. Gal. penul. chirurgia eſt alieni, vt proprie vocãt per inciſiones concinnationeſq; cum

via

via quadam & ratione ablatio,ad hęc vulnerum atq; vlcerum curatio, quæ in corpore A
humano adminiſtratur. 1.acu.6.chirurgia ea eſt qua perficitur,& abſoluitur pars medicinæ quæ manu fiunt.Guid.de Gauli.in chirur. mag.cap.1.Sic eam definit,chirurgia eſt ſciẽtia docens modum operandiq; qualitatem, principaliter conſolidando, incidendo, & alias operationes manuum exercendo, ſanans homines quatenus eſt poſsibile. Nos vero per chirurgiam intelligimus rectã manus cognitionem in operando ſecundum B
adiectionem,& ablationem eorum quæ corpori neceſſaria ſunt tàm ad conſeruandam ſanitatem quàm remouendam ęgritudinem, primò & per ſe. Diuiditur chirurgia à Paul. Aeginet.6.cap.1.In duas partes,quarum vna eſt quæ carnis vitia tractat: altera quæ oſſa compræhendit tam in fracturis quàm in luxationibus.Nos autem diuidimus manus rectam cognitionem in operando, in tot partes, quot ſunt corpori neceſſariæ ad remo- C
uendum id quod præter naturam in ipſo eſt, & ad conſeruandum quod ſecundum naturam reperitur. & primo fit manus operatio in ſecando venam, ſecundo in applicando cucurbitulas, & cornea cum ſcarificatione, & ſine: tertio hirudines, quarto iniiciendo, & adminiſtrando enemata ſeu cliſteria, &

ſup-

ſuppoſitoria: quinto in detergendo ſudo-
A res: ſextò in fricando corpora: ſeptimò in
euellendo dentes: octauo in deponendo cataractas oculorum: nono in extrahendo lapillos, & teſtes: decimo in reponendo oſſa luxata nec non conſtruendo oſſa in fractionibus,& ſciſſuris: vndecimò in abradẽdo pilos,& oſſa: duodecimò in curando vulnera, & vlcera, ſuendo; vſtione, inciſione, vnctione, perfuſione, irroratione, madefactione, ablutione, terebellatione: in vnguentorum,
B ceratorum, & alia neceſſaria recta applicatione: decimotertio in detergendo ſordes licinijs: decimoquarto in circum voluendo vulnera, & vlcera faſcijs: decimoquinto in euacuando aquam intercutim: decimoſexto in extrahendo fœtum: decimoſeptimo in perforando craneum terebello: decimooctauo in diuidendo, & ſeparando oſſa abinuicem ſerra: decimonono in mundificando nares aureſq; ſpecillo: vigeſimo in euellen-
C do pilos, & ligaturas applicando, prout neceſse eſt. multaq; alia fiunt à prudenti chirurgo circa corpus humanũ, ſecundum occaſionem, quæ data opera dimittuntur, cum ſatis arduum legẽti eſſet, ſufficiunt hęc enarrata. Omnes hæ manus cognitiones in operando diuerſis pene inſtrumentis perficiuntur, quorum varia nomina diuerſæque figu-

ræ ponuntur à Guid. lib. dicti. chirurg. folio 39. per Iſaacum Roubertum vt intuenti patebit. Quid partes hæ ſint in recta earum adminiſtratione aperiemus. A

SCOPI PRO RECTA adminiſtratione partium med. in vniuerſali. Cap. IX.

SED quia non ſatis eſt medico nouiſſe partes medicinæ in eo quòd partes sũt, niſi etiam cognouerit quò modo ipſæ partes applicari poſsint, ideo non ab re eſſe duxi, non nullos ſcopos in medium adducere, quibus facile erit cognoſcere, & ſcire quomodo tutò, cito, & bene ſanitas conſeruetur, aut amiſſa recuperetur, ratione & harũ partium. Qui ſcopi ſi neglecti fuerint, neſcio, quomodo medicus partibus vti poſsit. Et quia nullus datur ordo neceſſarius inter ſcopos, tamẽ memoriæ gratiâ aliqualis ordo ſtatuetur in ſcribendo, cuius erit initium à ſymmetria corporis, in gratiam cuius medicus omnia conſiderat, nempe à corporum conſtitutione, tàm optima quàm recedente ab ipſa, vti Gal. difusè in 1. artis med. & 1. B C

 ſani.

ſani.tuend.1, & 6.1. verba facit.

A 1 Scopus ex corporum conſtitutione cognoſcetur ſi ipſa corpora diuiſerimus in partes, & rurſus partes ſubdiuidamus. Corpora ad hunc modum primo diuiduntur. Quædã ſana, quædam ægra, quædam neutra. Sana diuiduntur in ſimpliciter ſemper, vt nunc vt multum: iſta quatuor diuiduntur: nam ſimpliciter in abſolutè, non deficiens, & deficiens. Deficiens in multum deficiens, aut parum, aut medio modo deficiens. Sic etiam
B non deficiens, multum non deficiens, aut parum, aut medio modo non deficiens, & vt diuiditur ſanum ſimpliciter, ſic etiam vt nũc, vt ſemper, & vt multum diuiduntur. & cum ægra corpora opponantur ſanis, quot modis dicuntur ſana, tot modis dicuntur ægra: cũq; ſanorum triginta tres ſint partes, totidem erunt: & ægrorum ſic igitur ſummatim ſexaginta ſex. Sed quia multum deficere aut parum, aut medio modo à conſtitutione ta-
C li, videtur arguere infinitas corporum conſtitutiones, cum poſsint recedi per gradus, & magis & minus, vt ſuperius diximus, quot modis gradus conſideratur: Ideo indiuiduorum penè infinitè exiſtunt conſtitutiones, cum & ipſa infinita dicantur ratione noſtri; impoſsibile enim eſt omnia, quæ in vniuerſo exiſtunt, numerare. tres neutrorum corpo-

rum

rum conſtitutiones ſic diuiduntur. Primò quòd corpus neutrum eſt cum vel vtriuſque particeps, vel neutrius, vel interdum huius, vel interdum illius particeps: & vnaquæque pars diuiditur in duas partes, ſcilicet plùs de vno quàm de altero, ideſt plus de ſano quàm de ægro, & contra participat, & vnaquæq; harum in quatuor partes: ſimpliciter, ſemper, vt nunc, vt multum, vti de ſanis diximus in abſolutè ſcilicet deficiens, & non deficiens, & vnaquæq; harum in tres partes, & vnaquæq; pars per gradus, & ſecundum magis, & minus vti diximus, qui innumerũ nequeunt reduci determinatum partes quæ numero ſunt ſcilicet duæ, & ducentæ corpora quæ ægra, & ſana ſunt ſexaginta ſex, & omnes in vnum collectæ erunt numero ducentæ ſexaginta octo, præter conſtitutiones quæ per gradus deficiunt, & magis, & minus. A B

2 Scopus à virtute ſumitur, & tribus modis debilis, fortis, & mediocris, & iſta tria ſecundum gradus deficientiæ, & non deficientiæ, per multum, & paucum: & iſta omnia a cauſa manifeſta aut occulta. C

3 Scopus à morbo, & tribus modis prout tria ſunt genera morborum; mala complexio, ſcilicet, mala compoſitio, & continui ſolutio: & iſta tria prout diuiduntur in ſpecies, & ſpecies in indiuidua, vti Gal. de differ.

A morbo. per totum librum.
4 Scopus etiam ſumitur à morbo in eo ꝙ acutus aut chronicus, ſi acutus tribus modis aut acutus ex membro, aut ex ſymptomatibus, aut à tempore; ſi à membro ſecundum quòd magis aut minus principale, ex ſymptomatibus, quòd ſint concomitantia, aut mox apparentia morbis, & talia ſalubria, inſalubria, media, periculoſa, lethalia; ſi ex tẽpore duobus modis, aut perueniant ad ſexageſimum diem, aut intra: ſi intra, duobus
B modis, aut in decimaquarta, aut poſt decimam quartam terminantur: ſi poſt, duobus modis: extenſi valde, & non valde extenſi. Extenſi valde, ſunt qui ad ſexageſimum vſq; diem perdurant: non valde qui intra diem ſexageſimum terminantur. qui in decima quarta etiam duobus modis, aut in decima quarta, aut intra decimamquartam: qui ante decimam quartam, duobus modis; aut in ſeptima, aut intra hebdomadam. qui ante heb-
C domadam etiam duobus modis, aut in quarta, aut ante quartam, aut medio tempore, inter talia tempora, & ſecundum quòd magis, aut minus accedunt ad ipſa. Si chronicus etiam diuiditur, vt per menſes, annos, & luſtra, & ſecundum quòd magis accedit ad talia, aut minus, incipiens à ſexageſimo die. Quæ diuiſionum partes varia nomina ſortiun-

tiuntur; nam qui morbi extra ſexageſimum, longi, & chronici,qui in ſexageſimo, & ante acuti,vti diximus. Sed varijs nominibus, nã qui terminantur ad ſexageſimum diem acuti ex decidentia extenſi, & valde ſi intra a quartodecimo ad ſexageſimum,ſed non immediatè acuti ex decidentia, ſed non valde extenſi, & ſi varijs temporibus terminentur non tamen nominibus variantur: qui in decima quarta terminantur acuti ſimpliciter, qui in hebdomada peracuti, in quarta perperacuti, & hi exactè, & non exactè, qui à quarta ad ſeptimam, & à hebdomada ad decimam quartam terminantur, cum ab expoſitoribus nulla eis nomina tributa fuerint, nec ego nomina ponam: in vnum collecta nomina hæc erunt, perperacutus exactè, perperacutus non exactè, perperacutus, peracutus, acutus ſimpliciter, acutus ex decidentia ſed non valde extenſus, acutus ex decidentia,& valde extenſus; chronici poſſunt ſic nominari non valde chronici, & valde chronici.

5 Scopus ſumitur ex temporibus morborum; ſummaria omnium partium diuiſio, in morbis eſt: vt diuidantur in quatuor partes, ſcilicet principium, augmentum, ſtatum, & declinationẽ: hæc autem quatuor, rurſus in quatuor partes, videlicet in principium,

A augmentum, ſtatum, & declinationem, principij, augmenti, ſtatus, & declinationis, nec in partes amplius diuidi poſſunt, ſecundum medicos, cum ſenſibus non percipiantur, omnes verò enarratæ partes tribus modis, aut ſemper ſecundum idem permanent, aut augentur, aut decreſcunt.

6 Scopus ſumitur ab occaſione agēdi, ſeu adminiſtrandi partes medicinæ; nam non ſemper ſeſe offert debita occaſio, & maximè noſtris temporibus, cum multi ægri ſoleant B medicos vocare in ſtatu, ſtatuſq; morbi, in quo nihil adminiſtrare poſſunt ex Hip. teſtimonio in Apho. in ſtatu nihil, & reliqua.

7 Scopus erit quomodo agendum, ideſt qua parte medicinæ, diæta ſcilicet, an chirurgia an pharmacia, an duobus, vel omnibus; & ſi omnibus, aut pluribus, qua parte ipſarum: cum plurimæ ſint, an pluribus, an omnibus, cum omnes partes cum ſuis partibus ſit impoſsibile, vt ſimul, & ſemel admini-C ſtrentur: niſi maximo cum ægri periculo, vt venam ſecare, cucurbitulas applicare pharmaca, alterantia, ſoluentia, propinare, & dietam iuxta ſuas partes inſtituere. Sed vnā poſt aliam ordinare, cum debito tempore, & menſura.

8 Scopus erit, qua parte debeat, fieri adminiſtratio cum non ſemper per partem, vt

de epate, pars gibba per ſedem; pars caua per vrinam; & in pleuritide, ſi dolor aſcendit per ſuperiora, ſi deſcendit per inferiora. A

9 Scopus erit quanta habeat fieri adminiſtratio, ſcilicet, an immediatè fieri habeat per oppoſita de directo, vt ſi peccat libra ſanguinis, an tota libra, ſeu libræ pars, & vtrùm ſemel, an interpolatis vicibus.

10 Scopus ſumitur ab ægri habitu, vt ſi fuerit niger, albus, boni, aut mali coloris, gibbuſq; aut eunuchus, nec non ex complexione; cum iſta ſoleant perſæpe repugnare adminiſtrationi partium medicinæ. B

11 Scopus ab ætate deſumitur quæ varijs modis diuiditur: primo in infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, lanuginoſitatem, iuuentutem, conſiſtentiam, ſenectutem, decrepitatem: ipſiſq; partibus diuerſos annorum numeros ponunt. Secundo diuidunt ætatem iuxta decem animalia, vt hędina, vitellina, bouina, leonina, vulpina, lupina, canina, felina, aſinina, anſerina, & iſta quòd ad C viros. Quòd ad fęminas in nouem partes, vt pica, auiſinda, pauo, pita, ſtruthio, anas, pſitaca, corua, anſer. Tertio diuidunt ætatem in quatuor partes iuxta quatuor elementa, anniq; partes, & diei. Quarto diuidunt ætatem in tres partes: prima eſt quando calor agit in humidum, & ipſum humidum ſu-

A perat ipſum calorem. Secunda pars eſt quando tàm calidum quàm humidum æqualia ſunt in corpore. Tertia quando caliditas ſuperat humidum: prima auctionis, ſecunda conſiſtentiæ, tertia decreſcentię dicitur; nec annorum terminus poteſt ſtatui, cum duo nō reperiantur qui præditi ſint eodem calore, & humiditate.

12 Scopus ſumitur à forma, ſeu figura ęgri nam pingues, obeſi, macilenti, maraſmati, variant adminiſtrationem partium medici-
B næ.

13 Scopus à diſpoſitione pletorica, aut cachochimia.

14 Scopus ab habitatione ſumitur, quam diuidimus in plures partes. Prima iuxta quinq; zonas, quarum vna torrida ponitur, duæ temperatæ, & duę frigidæ, Secunda iuxta quatuor mundi partes, vt oriens, occidens, ſeptentrio, & meridies. Tertia iuxta loca maritima, aut non maritima. Quarta
C iuxta loca montuoſa, plana, aut cauernoſa. Quinta iuxta loca paludoſa, aut arenoſa vétisq; obnoxia, aut non. Sexta iuxta terrena, aut eminentiora, conſpirabilia, aut non. Septima iuxta loca prope lacunas, & ſtercoroſa, & potiſsimum vbi pelles aptantur, quæ omnia variant adminiſtrationem partium medicinæ.

15 Sco-

15 Scopi à ſexu, & effęminatione ſunt plurimi, qui & ſi maſculi ſunt, fęminæ ſimilitudinem habent, & contra. A

16 Scopus ab exercitio, & defatigatione ſumitur vt meſſores, foſſores, ruſtici, & vnũquodque, exercitium quod immutat trium medicinæ partium adminiſtrationem.

17 Scopus à conſuetudine, nam conſuetudo alia eſt natura, & ideo ſæpe decipiuntur medici ſua adminiſtratione.

18 Scopus ab hora adminiſtrationis vt an in veſperis, an nocte, mane, & meridię, & B ſecundum horas acceſsionum, & exacerbationum morborum.

19 Scopus à complexione, quæ magis viget tunc temporis, iuxta quatuor qualitates ſimplices, aut compoſitas.

20 Scopus, & à loco in quo habitat cui debet fieri adminiſtratio, vt ſi fuerit propinquus, aut longinquus.

21 A neceſsitate adminiſtrationis quando duo morbi coniunguntur, cui habeat fieri adminiſtratio. C

22 Scopus ſumitur à parte medicinæ nam ſæpe euenit vt diætæ compos ſit, & non ſit recurrendum ad chirurgiam, aut pharmaciam, vt tuto cito, & iucundè perficiat, aut ſecus pharmacia compos ſit, & non ſit vtendum diæta, aut chirurgia, ſi qui ſunt ſcopi

A à me prætermiſsi à ſolertiſsimo lectore ponantur, cum omnia non poſsimus omnes, & non contra.

SCOPI PRO RECTA *adminiſtratione cibi, & potus.*

Cap. X.

PRAETER hos ſcopos, qui ſunt conſiderandi ad rectam adminiſtrationem trium partium medicinæ: eſt etiam intuendum quòd in qualibet parte ſunt ſcopi obſeruandi, & alij conſiderandi ſunt, inter partes ipſas: primum de ijs, qui in ſingulis partibus, & primo de diæta, ratione nutrientis.

B

1 Scopus erit, quòd ſi paulò deterior, tamen vt ſit ſuauior.

2 Non ſit multum recedens à conſuetudine.

C 3 Vt primo magis corruptibilia, & quæ magis ſint aperitiua.

4 Vt non miſceantur ea, quæ ſunt facilis digeſtionis, cum illis quæ ſunt difficilis.

5 Vt non ſint nimis pinguia, aut oleaginoſa, & vnctuoſa.

6 Vt non ſint nimis inconcocta, antequã aſſumantur.

7 Vt bene maſticentur, antequam ingurgitentur. A
8 Vt primò ſolida, deinde liquida, ideſt primo cibus poſtea potus aſſumatur.
9 Vt cruda vitentur.
10 Ne cruda ſuper cruda ingurgitentur, ſed exſpectetur deſcenſus, ſaltem ciborum è ſtomacho.
11 Ne inter prandium, & cęnam potent, niſi maxima vrgente neceſsitate.
12 Vt vitentur varietates alimentorum.
13 Ne liquida copioſiora ſint ſolidis, aut ſaltem æqualia. B
14 Vt in ſtomacho debili vitetur vſus liquidorum.
15 Vt vitentur ea quæ ſua quantitate grauant virtutem, & ſunt exiguæ ſubſtantiæ.
16 Caueat ab ijs, quæ nidoroſa, & fætida ſunt.
17 Caueat, ne ſtante nauſea, aut ſubuerſione comedat.
18 Caueat, ne à cibo defatigationes animales, aut corporeas ſubeat maximè venereas. C

A
SCOPI PRO RECTA adminiſtratione aeris. Cap. XI.

SCopi in recta adminiſtratione aeris, qui, quia non tantum ad calidum aut frigidum præparatur, ſed ad humidum & ſiccum, nos ſolum calidi, & frigidi præparationē dicemus: nam his cognitis alia duo inno-
B teſcent, & primò quomodo præparetur calidus, ſi natura talis non fuerit.

1 Vt accēdatur ignis in cubiculo, aut prope ipſum, ex lignis odoriferis, vt iunipero, lauro.

2 Vt feneſtræ verſus meridiem ſint poſitę.

3 Vt thalamus ſit inter duo tabulata.

4 Vt folia, & flores herbarum odoriferarum per cubiculum ſternantur, & ſupra lectum, vt ſaluiæ, roriſmarini, oſimi; nec non
C aqua calida ex herbis, & floribus, & fructibus calidis conflata.

5 Vt ſuffumigationes parētur eiuſmodi, & carboni ſuperponātur. R. thuris, chariophilorum, nucis muſcatæ, ſtoracis, galangæ, macis, an. dr. 1. muſchi, gra. iij. conterantur conterenda, & cum terebintina, & cera ad vnc. j. miſceantur, & fiant orbiculi ad dra. j.

Ho-

6 Hominum concurſus non omnino vitetur, dummodo ſint grati. A

7 Percuſsiones ſoni, clamores inſignes fiant, dummodo ægri virtutem non labefactent.

Si vero ſit præparandus frigidus hi ſeruentur.

1 Vt aqua deſtillet guttatim de vaſe in vas.

2 Vt aqua cubiculum aſpergatur roſacea ſimul aceto mixta, aut ſimplex, aut mixta B camphura.

3 Herbæ, & flores herbarum infrigidantium per cubiculum ſternantur, & ſuper lectum vt vitium, ſalicum, nenupharis, nimpheæ, matrum violarum, lactucę, & ſimilium.

4 Vitetur concurſus hominum, & radij ſolares, feneſtræq; vergant ad ſeptentrionem.

5 Sit terrena domus tamen diflabilis.

6 Clamores, ſoni, vociferationes, vitentur. C

7 Flabellis agitetur aer, & nocturnus expellatur.

8 Proijciatur acetum cum aqua roſacea, & camphura mixtum, ſuper candens ferrum. Hæc vniuerſaliter de aere dicta ſint. Qui deſiderat quomodo in morbis particularibus ſit præparandus, ſciat quòd ſecundum indigen-

A gentiam,& opportunitatem fit, vt in pleuritide, diuerſimodè paratur, prout febri, ſputo, conſulimus, nec non reſpirationi.

SCOPI IN RECTA ADminiſtratione motus. Cap. XII.

1 NOn fiat donec heſternus cibus duplici concoctione iã proſſus ſit confectus. Gal. 2. B ſanit. tuend.

2 In calore mordaci,& feruido; & feruida natura motus celer eſt vitandus. ſecus in cõtra ſup. 5. vlt.

3 Nullus ſtante inedia debet fieri motus fortis. 2. Apho. 16.

4 In extenuatis non conuenit. vt ſup.

5 Nec in febricitantibus.

6 Flante auſtro motus fugiẽdus. 3. Aph. 17.

7 Prægnantes ſunt auertendæ à motibus C fortibus. 4. Aph. 1.

8 In vini potatione motus malus. 6. Apho. 31.

9 In fluore alui, & forti vomitu, ac in omni ęmorrhagia, motus nõ cõuenit. 4. Aph. 15.

10 Manuum, aut pedum, aut capitis motus ſine cauſa manifeſta ſignificat delirium. 2. Apho. 28.

11 Cum refrigerandi intentio eſt, motus fugiendus Angel. de arte med. 4. A

12 In longo ſpatio temporis motus ſit tardus: ſecus in breui.

13 Statim à cibo ne fiat.

14 Finis motus ſit anhelitus mutatio manifeſta, non ſudor copioſus, aut mador.

In quiete omnes ſint oppoſiti.

PRO RECTA SOMNI adminiſtratione hi erunt ſcopi. B

Cap. XIII.

1 VT non ſit diurnus, niſi in non percoctis cibis, Gal. 2. prog. 11. & ſalub. diet. 3.

2 Vt de neceſsitate refrigeretur ac humectetur cerebrum. 2. in proget. 29.

3 Vt non ſit immediatè à cibo, nam replet. 4. Apho. 67.

4 Ad ſomnum prouocandum omnia eligentur, quæ humectare, ac refrigerare poſſunt cerebrum, 2. locis. affec. vltimo. C

5 Somnus in acceſsionum principijs, intemperiem frigidam cerebri, aut pituitam exuperantem ſignificat. ſup.

6 Ex inſomnijs, & ſomno licet plura coniectare, Gal. ex præſag. ex inſomnijs. 1.

7 Non

A 7 Non ſit ad ſummum nouem horarum, & nocturna hora. 6. ſanit. tuend. Gal. 5.

8 Somnus non ſit plurimus, nam halituoſa excrementa gignuntur, niſi in his in quibus crudi ſucci ſunt. Gal. 12. met. med. 3.

9 In quo morbo ſomnus laborem facit, mortale, ſecus, non 2. Apho. 1.

10 In principijs acceſſionum, ſomnus vitandus ſupra.

11 Somni in pueris longi boni, propter eorum complexionem. 3. Apho. 24.

B 12 Somni profundi indicant copiam pituitæ. 4. Apho. 2.

13 Ex ſomni, conuulſiones, timores malum. 4. Apho. 67.

14 In ſitientibus, ſomnum prouocare bonum. 5. ſup. 27.

15 In latus dormire, quàm alio quouis modo.

16 Tutius eſt extra quàm intra ſomnifera præparare, vt inunctiones lauacra, epitemata, inunctiones, ex oleo ſomnifero deſcri-C ptione Zezar: ex oleo nenufarino cum portione opij, vnguento populeone, inungendo tempora, & nares. Lauacra ex decoctione foliorum maluæ, matrum violarum, capitib. papaueris albi, & nigri, foliorum vitis, & lactucha, brachia, & humeros lauando, epitemata facta ex albumine oui, & aqua roſa-

cea,& aceto omnibus conquaſſatis,& linteolum madefactum his fronti apponatur, item madefactum lacte,& applicatum fronti,item columbus per medium inciſus cum interioribus actu calidus, capiti impoſitus. intra hæc poterunt aſſumi, ſirup. de papaue. ad vnc. j. ſ. cum aq. lactucę ad vnc. ij. aut conditum lactucæ, cucurbitæ ad vnc. j. aut, ſi aliud deſcribatur à medicis, vrgente neceſſitate etiam atanaſia philonium, opium ad gra. vj. & plus ſecundum medici prudētiam; plura ponuntur à Gal. 5. ſimp. med. facul. 19. cauendum eſt ne ſomnum prouocare volentes, ex maiori refrigeratione præparata, morbum irritemus, aut mortem. Gal. 1. Cauſis ſymp. 8. Scopi in recta adminiſtratione vigiliæ opponuntur ijs.

A B

SCOPI IN RECTA AD-*miniſtratione inanitionis alui.*

Cap. XIV. C

1 NOn ſemper inanienda aluus medicamentis, ſed alimentis, aut inunctionibus.

2 Tutius eſt per inferius, quā per ſuperius, medicamenta inijcere,& apponere, quàm per os aſſumere.

A 3 Vt in inanienda aluo, ſoluentia lenientibus miſceãtur: quæ per inferius inijci poſſunt, hæc ſunt, primo R. aquæ decoctionis maluæ, biſmaluę, matrũ violarũ, mercurialis, vnc. viij. olei communis, vnc. iij. ſalis, ſcrup. j. miſce pro enemate: vel fiant ſuppoſitoria, ex ſapone, aut ex melle roſaceo ſolutiuo, aut ex radice betæ, aut ex ficu ſicca, aut ex pluma tincta oleo.

Per ſuperius, caſsia in bolo, aut diſſoluta aquá, aut aliqua ſecũdum opportunitatem:
B quantitas erit ab vnc. j. ad vnc. j. ſ. cum ſcro. ſ. aut vno, pul. aniſor.

4 Scopus erit, vt medicus ægro ſatisfaciat, & ſi magis per inunctiones talem præparare poterit, accipiendo fellis tauri vnc. j. ſ. pul. aloes dra. j. pul. colocynthis. drac. ſ. butyri dra. j. ſ. miſce, & fiat inũctio, ab vmbilico verſus pubis os. & ne credas me contra præceptum appoſitum ſcribere: quia intellexi de his quæ interius adminiſtrantur, & non per
C exterius applicantur. Reliquæ inanitiones nunc omittuntur, cum de ipſis non ſit intentio: ſequuntur ſcopi pro vltima parte diætæ.

SCOPI

SCOPI IN ANIMI cura. Cap. XV. A

IN animi cura, quid præſtandum ſit, varia certè poſſunt conſiderari, præter id quòd dicitur, vt ſperet bene de ſalute ſua, pro certo habeat ſe breui tempore priſtinam recepturum ſanitatem. Dabitur opera à medico,& aſtantibus,vt omnia ei ſint grata; doceant omnes laborantes tali ęgritudine nullo negocio conualeſcere,& minimum ſentire de ægritudine:non nulli tamen ſcopi erũt conſiderandi; quorum B

1 Erit, num æger ſit curis affectus.

2 Prohibeat ingredi illos, qui ſua natura, aut alia quauis cauſa, ſint infirmo ingrati.

3 Caueat ne illis, qui ſumma cum lætitia expectantur prohibeatur ingreſſus, ne ve tandem ingreſsi omnia infirmo narrent, C vnde animi perturbatio: tàm in alimentorum exhibitione quàm adminiſtratione, nec non alijs neceſſarijs, quæ ferè infinita ſunt.

4 Caueat ne prognoſtica narret is, qui de facili, & ſine conſilio omnia infirmo narrãt.

5 Nunquàm dicat infirmo, quæ facienda

A ſint circa ipſum, niſi coactus: & potiſsimum de ſecanda vena, aſſumptione medicamenti purgantis: quia ſolent adeò ſoliciti eſſe, vt nec comedant, bibant, aut dormiant, aut quid agant, animo quieto, ſed perturbato; ſemper animo abhorrentes ab eo quod factum iri ſciunt: huiuſmodi enim horrore, & propenſione, ſudores copioſi erumpunt, & alui excrementa iuſto plura excernuntur, ad hæc infinita ſymptomata ſuper venire ſolent; quæ actionem perturbare poſ-
B ſunt, quæ proueniunt ex ægri cura, & ſolicitudine.

6 Non omnino prohibeantur à ſolitis actionibus, ſed ſumma cum prudentia, & conſideratione. verum ne in lõgum noſtra protrahatur oratio, omnia ægro præponenda erunt, quæ non nocere ſed iuuare habeant: hæc de recta adminiſtratione diætæ, ſequuntur ſcopi pharmatiæ, & primo ſo-l[illegible].

C

SCOPI

SCOPI PRO RECTA administratione pharmaciæ ſolutiuæ. Cap. XVI. A

1 VT apertæ ſint viæ, quibus educitur humor.
2 Vt humor ſit præparatus niſi repat de loco ad locum. 2. Apho. 24.
3 Vt talis qualis peccat, propria via, & loco educatur. B
4 Vt medicamentum ſit ex benignioribus, & non ex grauioribus, & horribilioribus.
5 Scamoneata vitet, & venenoſa, niſi maxima vrgente neceſsitate, & cum timore.
6 Melius eſt, ac ſatius medicationes iterare, quàm vnica medicatione euacuare.
7 Ne ſolutiuis lenitiua miſceat, ac ea quæ diuerſis temporibus agunt.
8 Somnum fugiat, cum medicatio operatur. C
9 Ne eadem die, duæ medicationes dentur; niſi ſumma vrgente neceſsitate.
10 Vt rectificata ſit medicatio.
11 Ne ſit vomitus, aut facilitas ad vomendum, cum medicatio per inferius trahat.
12 Iura, aut alimenta ne aſſumat, niſi poſt

A perfectam medicationis operationem.

13 Quòd medicatio reſpiciat humorem de directo.

14 Cum ſit attractio à longinquis, melius eſt medicamentum propinare in forma ſolida, quam liquida.

15 Vt medicamentum ſit vnius actionis, ratione loci, & non ſoluat per diuerſa loca, vt vomitu, ſeceſſu, vrina, & ſudore.

16 Ne frigidis infundatur, aut diſſoluatur aquis, aut liquoribus.

B 17 Aer non ſit extremè calidus, aut frigidus.

18 Corpora non ſint inculpatæ ſanitatis.

19 Nimisq; repleta, poſt longam inediam.

20 Aemoragiam, ſeu ſanguinis profluuiũ conſideret.

21 Summamq; inanitionẽ, & repletionẽ.

22 Humorumq; ebullitionem.

23 Vel aliqua materia quieſcat in aliqua parte venenoſa.

C 24 Si ſit prægnans, aut ætas inconueniens.

25 Nimia nec ſit corporis raritas, virtutis debilitas, aut præparatio ad laxitatem virtutis.

26 Ne ſit corpus nimis defatigatum vita laborioſa.

27 Ne ſit in ano ulcus aut apoſtema.

28 Sed ſit euacuandi facilitas, temporis con-

conformitas, & opportunitas.
29 Membrorum aptitudo, diſpoſitio, ac viarum conditio. A
30 Ne ſumma cum violentia humorẽ euacuet, & modum euacuationis conſideret.
31 An ſint faciles ęgri ad purgandum, & ventriculus ſit ne læſus.
32 Vt ſit lenita aluus, ſitq; aſſuetus æger purgari.
33 Aſtraq; non prohibeant, ſi ſciri poſsit.
34 Medicamentum cum aſſumitur, non ſit actu frigidum. B
35 Vt poſt purgationem, mutentur excrementa.
36 Sitisq; non leuis, & ſomnus multus, totiuſq; corporis alleuiatio ab ęuacuatione humorum ſequatur.
37 Vitet medicamenta euacuantia virtute occulta, aut ſaltem vtatur timidè.

SCOPI PRO RECTA administratione pharmaciæ lenitiuæ. Cap. XVII. C

1 NE poſt cibum, ſed ante cibi aſſumptionem per horam aut duas ad ſummum.
2 Neq; ſtatim dormiat, ab eius

A

SCOPI PRO RECTA adminiſtratione aeris. Cap. XI.

SCOPI in recta adminiſtratione aeris, qui, quia non tantum ad calidum aut frigidum præparatur, ſed ad humidum & ſiccum, nos ſolum calidi, & frigidi præparationē dicemus: nam his cognitis alia duo innoteſcent, & primò quomodo præparetur calidus, ſi natura talis non fuerit.

B

1 Vt accēdatur ignis in cubiculo, aut prope ipſum, ex lignis odoriferis, vt iunipero, lauro.

2 Vt feneſtræ verſus meridiem ſint poſitę.

3 Vt thalamus ſit inter duo tabulata.

4 Vt folia, & flores herbarum odoriferarum per cubiculum ſternantur, & ſupra lectum, vt ſaluiæ, roriſmarini, oſimi; nec non aqua calida ex herbis, & floribus, & fructibus calidis conflata.

C

5 Vt ſuffumigationes parētur eiuſmodi, & carboni ſuperponātur. R. thuris, chariophilorum, nucis muſcatæ, ſtoracis, galangæ, macis, an. dr. 1. muſchi, gra. iij. conterantur conterenda, & cum terebintina, & cera ad vnc. j. miſceantur, & fiant orbiculi ad dra. j.

Ho-

6 Hominum concurſus non omnino vitetur, dummodo ſint grati. A

7 Percuſsiones ſoni clamores inſignes fiant, dummodo ægri virtutem non labefactent.

Si vero ſit præparandus frigidus hi ſeruentur.

1 Vt aqua deſtillet guttatim de vaſe in vas.

2 Vt aqua cubiculum aſpergatur roſacea ſimul aceto mixta, aut ſimplex, aut mixta camphura. B

3 Herbæ, & flores herbarum infrigidantium per cubiculum ſternantur, & ſuper lectum vt vitium, ſalicum, nenupharis, nimpheæ, matrum violarum, lactucę, & ſimilium.

4 Vitetur concurſus hominum, & radij ſolares, feneſtræq; vergant ad ſeptentrionem.

5 Sit terrena domus tamen diflabilis.

6 Clamores, ſoni, vociferationes, vitentur. C

7 Flabellis agitetur aer, & nocturnus expellatur.

8 Proijciatur acetum cum aqua roſacea, & camphura mixtum, ſuper candens ferrum. Hæc vniuerſaliter de aere dicta ſint. Qui deſiderat quomodo in morbis particularibus ſit præparandus, ſciat quòd ſecundum indi-

genuam,& opportunitatem fit, vt in pleuri-
A tide, diuerſimodè paratur, prout febri, ſputo, conſulimus, nec non reſpirationi.

SCOPI IN RECTA ADminiſtratione motus. Cap. XII.

1 NON fiat donec heſternus cibus duplici concoctione iã proſſus ſit confectus. Gal. 2.
B ſanit. tuend.

2 In calore mordaci,& feruido; & feruida natura motus celer eſt vitandus. ſecus in cõtra ſup. 5. vlt.

3 Nullus ſtante inedia debet fieri motus fortis. 2. Apho. 16.

4 In extenuatis non conuenit. vt ſup.

5 Nec in febricitantibus.

6 Flante auſtro motus fugiẽdus. 3. Aph. 17.

7 Prægnantes ſunt auertendæ à motibus
C fortibus. 4. Aph. 1.

8 In vini potatione motus malus. 6. Apho. 31.

9 In fluore alui, & forti vomitu, ac in omni emorrhagia, motus nõ cõuenit. 4. Aph. 15.

10 Manuum, aut pedum, aut capitis motus ſine cauſa manifeſta ſignificat delirium. 2. Apho. 28.

11 Cum

11 Cum refrigerandi intentio eſt, motus fugiendus Angel.de arte med.4. A

12 In longo ſpatio temporis motus ſit tardus: ſecus in breui.

13 Statim à cibo ne fiat.

14 Finis motus ſit anhelitus mutatio manifeſta, non ſudor copioſus, aut mador.

In quiete omnes ſint oppoſiti.

PRO RECTA SOMNI *adminiſtratione hi erunt ſcopi.* B
Cap. XIII.

1 VT non ſit diurnus, niſi in non percoctis cibis, Gal.2. prog. 11.& ſalub.diet.3.

2 Vt de neceſsitate refrigeretur ac humectetur cerebrum.2. in progn.29.

3 Vt non ſit immediatè à cibo nam replet. 4.Apho.67.

4 Ad ſomnum prouocandum omnia eligentur, quæ humectare ac refrigerare poſſunt cerebrum.2.locis. affec.vltimo. C

5 Somnus in acceſsionum principijs, intemperiem frigidam cerebri, aut pituitam exuperantem ſignificat. ſup.

6 Ex inſomnijs, & ſomno licet plura conjectare. Gal. ex præſag. ex inſomnijs. 1.

7 Non ſit ad ſummum nouem horarum, & A noctuma hora.6.ſanit. tuend.Gal.5.

8 Somnus non ſit plurimus, nam halituoſa excrementa gignuntur, niſi in his in quibus crudi ſucci ſunt.Gal.12.met. med.3.

9 In quo morbo ſomnus laborem facit, mortale,ſecus,non 2.Apho.1.

10 In principijs acceſsionum, ſomnus vitandus ſupra.

11 Somni in pueris longi boni, propter eorum complexionem. 3. Apho.24.

B 12 Somni profundi indicant copiam pituitæ. 4. Apho.2.

13 Ex ſomni, conuulſiones, timores malum. 4.Apho.67.

14 In ſitientibus, ſomnum prouocare bonum. 5. ſup.27.

15 In latus dormire, quàm alio quouis modo.

16 Tutius eſt extra quàm intra ſomnifera præparare,vt inunctiones lauacra, epitema-C ta, inunctiones, ex oleo ſomnifero deſcriptione Zezar: ex oleo nenufarino cum portione opij, vnguento populeone, inungendo tempora,& nares. Lauacra ex decoctione foliorum maluæ, matrum violarum, capitib. papaueris albi,& nigri,foliorum vitis, & lactucha, brachia,& humeros lauando,epitemata facta ex albumine oui, & aqua roſa-

cea,& aceto omnibus conquaſſatis,& linteolum madefactum his fronti apponatur, item A madefactum lacte,& applicatum fronti,item columbus per medium inciſus cum interioribus actu calidus, capiti impoſitus. intra hæc poterunt aſſumi, ſirup. de papaue. ad vnc. j. ſ. cum aq. lactucę ad vnc. ij. aut conditum lactucæ, cucurbitæ ad vnc. j. aut, ſi aliud deſcribatur à medicis, vrgente neceſſitate etiam atanaſia philonium, opium ad gra. vj. & plus ſecundum medici prudẽtiam; plura ponuntur à Gal. 5. ſimp. med. facul. 19. B cauendum eſt ne ſomnum prouocare volentes, ex maiori refrigeratione præparata, morbum irritemus, aut mortem. Gal. 1. Cauſis ſymp. 8. Scopi in recta adminiſtratione vigiliæ opponuntur ijs.

SCOPI IN RECTA ADminiſtratione inanitionis alui.

Cap. XIV. C

1 NOn ſemper inanienda aluus medicamentis, ſed alimentis, aut inunctionibus.

2 Tutius eſt per inferius, quã per ſuperius, medicamenta inijcere, & apponere, quàm per os aſſumere.

A 3 Vt in inanienda aluo, ſoluentia lenientibus miſceãtur: quæ per inferius inijci poſſunt, hæc ſunt, primo R. aquæ decoctionis maluæ, biſmalue, matrũ violarũ, mercurialis, vnc. viij. olei communis, vnc. iij. ſalis, ſcrup. j. miſce pro enemate: vel fiant ſuppoſitoria, ex ſapone, aut ex melle roſaceo ſolutiuo, aut ex radice betæ, aut ex ficu ſicca, aut ex pluma tincta oleo.

Per ſuperius, caſsia in bolo, aut diſſoluta aquá, aut aliqua ſecũdum opportunitatem:
B quantitas erit ab vnc. j. ad vnc. j. ſ. cum ſero. ſ. aut vno, pul. aniſor.

4 Scopus erit, vt medicus ægro ſatisfaciat, & ſi magis per inunctiones talem præparare poterit, accipiendo fellis tauri vnc. j. ſ. pul. aloes dra. j. pul. colocynthis. drac. ſ. butyri dra. j. ſ. miſce, & fiat inũctio, ab vmbilico verſus pubis os. & ne credas me contra præceptum appoſitum ſcribere: quia intellexi de his quæ interius adminiſtrantur, & non per
C exterius applicantur. Reliquæ inanitiones nunc omittuntur, cum de ipſis non ſit intentio: ſequuntur ſcopi pro vltima parte diætæ.

SCOPI

SCOPI IN ANIMI cura. Cap. XV. A

IN animi cura, quid præſtandum ſit, varia certè poſſunt conſiderari, præter id quòd dicitur, vt ſperet bene de ſalute ſua, pro certo habeat ſe breui tempore priſtinam recepturum ſanitatem. Dabitur opera à medico, & aſtantibus, vt omnia ei ſint grata; doceant omnes laborantes tali ęgritudine nullo negocio conualeſcere, & minimum ſentire de ægritudine: non nulli tamen ſcopi erũt conſiderandi; quorum B

1 Erit, num æger ſit curis affectus.

2 Prohibeat ingredi illos, qui ſua natura, aut alia quauis cauſa, ſint infirmo ingrati.

3 Caueat ne illis, qui ſumma cum lætitia expectantur prohibeatur ingreſſus ne ve tandem ingreſsi omnia infirmo narrent, C vnde animi perturbatio: tàm in alimentorum exhibitione quàm adminiſtratione, nec non alijs neceſſarijs, quæ ferè infinita ſunt.

4 Caueat ne prognoſtica narret is, qui de facili, & ſine conſilio omnia infirmo narrãt.

5 Nunquàm dicat infirmo, quæ facienda

A ſint circa ipſum, niſi coactus: & potiſsimum de ſecanda vena, aſſumptione medicamenti purgantis: quia ſolent adeò ſoliciti eſſe, vt nec comedant, bibant, aut dormiant, aut quid agant, animo quieto, ſed perturbato; ſemper animo abhorrentes ab eo quod factum iri ſciunt: huiuſmodi enim horrore, & propenſione, ſudores copioſi erumpunt, & alui excrementa iuſto plura excernuntur, ad hæc infinita ſymptomata ſuper venire ſolent; quæ actionem perturbare poſ-
B ſunt, quæ proueniunt ex ægri cura, & ſolicitudine.

6 Non omnino prohibeantur à ſolitis actionibus, ſed ſumma cum prudentia, & conſideratione. verum ne in lõgum noſtra protrahatur oratio, omnia ægro præponenda erunt, quæ non nocere ſed iuuare habeant: hæc de recta adminiſtratione diætæ, ſequuntur ſcopi pharmatiæ, & primo ſolutionis.

C

SCOPI

SCOPI PRO RECTA administratione pharmaciæ ſolutiuæ. Cap. XVI. A

1 VT apertæ ſint viæ, quibus educitur humor.
2 Vt humor ſit præparatus niſi repat de loco ad locum. 2. Apho. 24.

3 Vt talis qualis peccat, propria via, & loco educatur. B

4 Vt medicamentum ſit ex benignioribus, & non ex grauioribus, & horribilioribus.

5 Scamoneata vitet, & venenoſa, niſi maxima vrgente neceſsitate, & cum timore.

6 Melius eſt, ac ſatius medicationes iterare, quàm vnica medicatione euacuare.

7 Ne ſolutiuis lenitiua miſceat, ac ea quæ diuerſis temporibus agunt.

8 Somnum fugiat, cum medicatio operatur. C

9 Ne eadem die, duæ medicationes dentur, niſi ſumma vrgente neceſsitate.

10 Vt rectificata ſit medicatio.

11 Ne ſit vomitus, aut facilitas ad vomendum, cum medicatio per inferius trahat.

12 Iura, aut alimenta ne aſſumat, niſi poſt

A perfectam medicationis operationem.

13 Quòd medicatio reſpiciat humorem de directo.

14 Cum ſit attractio à longinquis, melius eſt medicamentum propinare in forma ſolida, quam liquida.

15 Vt medicamentum ſit vnius actionis, ratione loci, & non ſoluat per diuerſa loca, vt vomitu, ſeceſſu, vrina, & ſudore.

16 Ne frigidis infundatur, aut diſſoluatur aquis, aut liquoribus.

B 17 Aer non ſit extremè calidus, aut frigidus.

18 Corpora non ſint inculpatæ ſanitatis.

19 Nimisq; repleta, poſt longam inediam.

20 Aemoragiam, ſeu ſanguinis profluuiũ conſideret.

21 Summamq; inanitionẽ, & repletionẽ.

22 Humorumq; ebullitionem.

23 Vel aliqua materia quieſcat in aliqua parte venenoſa.

C 24 Si ſit prægnans, aut ætas inconueniens.

25 Nimia nec ſit corporis raritas, virtutis debilitas, aut præparatio ad laxitatem virtutis.

26 Ne ſit corpus nimis defatigatum vita laborioſa.

27 Ne ſit in ano ulcus aut apoſtema.

28 Sed ſit euacuandi facilitas, temporis con-

conformitas, & opportunitas.

29 Membrorum aptitudo, diſpoſitio, ac viarum conditio. A

30 Ne ſumma cum violentia humoré euacuet, & modum euacuationis conſideret.

31 An ſint faciles ęgri ad purgandum, & ventriculus ſit ne læſus.

32 Vt ſit lenita aluus, ſitq; aſſuetus æger purgari.

33 Aſtráq; non prohibeant, ſi ſciri poſsit.

34 Medicamentum cum aſſumitur, non ſit actu frigidum. B

35 Vt poſt purgationem, mutentur excrementa.

36 Sitisq; non leuis, & ſomnus multus, totiuſq; corporis alleuiatio ab ęuacuatione humorum ſequatur.

37 Vitet medicamenta euacuantia virtute occulta, aut ſaltem vtatur timidè.

SCOPI PRO RECTA administratione pharmaciæ lenitiuæ. Cap. XVII. C

1 NE poſt cibum, ſed ante cibi aſſumptionem per horam aut duas ad ſummum.

2 Neq; ſtatim dormiat, ab eius

A aſſumptione æger.

3 Ne ſoluentia miſceantur, & maxime ſcãmoniata.

4 Ne miſceantur vomitum prouocantia.

5 Corroboretur ſtomachus, per interius, aut exterius aut ſimul cum pharmacia: aliquid quod corroboret miſceatur.

6 Caueat, ne ſit fluida aluus.

7 In ſtomachi debilitate, magis enemata conueniunt, pro lenitione, quam per ſuperius aſſumpta.

B

Scopi in alterantibus pharmacis.

1 Caueat ne ægrum ducat in ægritudinem oppoſitum.

2 Vt non ſint actu frigida, quæ aſſumuntur.

3 Ne comedat, niſi poſt debitum tempus, quod eſt à tribus, quatuor ve horis, ab aſſumptione.

C 4 Sit potius exiguæ quantitatis, quam multæ.

5 Conueniens membro, & non lædentia membra, ſuo tranſitu.

6 Non dentur ſtomacho repleto alimentis, ſed poſt alimentorum deſcenſum ab ipſo, quod ſi poſt etiam ſecundam digeſtionem, aut tertiam melius.

SCOPI

SCOPI PRO RECTA A
adminiſtratione chirurgiæ, & primo de ſectione venæ. Cap. XVIII.

CVM ſectio venæ tribus vt plurimũ fiat cauſsis, reuulſionis, deriuationis, & euacuationis: reuulſio ad longinqua, deriuatio ad propinqua, euacuatio in parte affecta, vbi eſt humor. Sunt hi ſcopi obſeruandi, qui B in triplici exiſtunt conſideratione, indicantes ſcilicet, contraiudicantes, & medio modo ſe habentes. ab indicantibus incipiemus.

Si abundantia ſanguinis fuerit, & repletio, quò ad vaſa, aut quo ad vires.

2 Si fuerit inflammatio inſignis, cum materia, aut ſine.

3 Si fuerit dolor maximus in aliqua parte.

4 Si fuerit vulnus, aut vlcus magnum.

5 In omni percuſsione, aut magno timore, aut longa defatigatione corporis. C

6 In ebullitione ſanguinis cõuenit aut eius efferueſcentia.

7 In omni febre putrida continua.

8 In omni grauatione, & tenſione corporum.

9 In ijs qui aſſueti ſunt, corripi aliqua affectio-

ctione ſanguinea.
A 10 quibus aliqua aſſueta purgatio ceſſat, vt ęmoragia, & muliebris purgatio.
11 In fraudata generatione ſanguinis ex alimentis calidis, aut frigidis, aut qui de facili putreſcunt, ex quibus ſequitur inflammatio, aut corruptio.
12 In omnibus paratis ad ſuffocationem vt ad ſinanchen.
13 In omni phlegmone, ſiue propter motum, aut dolorem, aut partium debilitatem.
B 14 In omni fluxione humorum, ſiue membra principalia fuerint, ſiue non.
15 In omni morbo magno, aut ſi fuerit ſuſpitio aliqua de futuro magno.
16 In omni fluxione ſectanda.
17 In omni ſanguinis eruptione per os, & ſi per ſputum fuerit, aut tuſsi, aut ſcreatu.
18 In omni tenſione, & grauitate capitis, aut membris.

C Contra indicantes ſcopi.

1 Si humoris mala qualitas in venis, aut tota mole fuerit.
2 Fameſq; ſeu ſumma inedia.
3 Et cibus in ſtomacho indigeſtus.
4 Ventriculiq; vitiatum os, & imbecillum.
5 Humorum vitioſorum multitudo.

6 Ali-

6 Alimentorum plenitudo, & malæ qualitates. A

7 Virtutis reſolutio, & defatigatio.

8 Aetas ſenilis,aut infantia,ſeu pueritia.

9 Totius corporis raritas, & mollities.

10 Amaræ bilis abundantia, ad os ventriculi.

11 Si fuerit vtero gerens,primis,& vltimis diebus, & menſibus.

12 In extrema aeris caliditate, & frigiditate, vt ſub cane, & ſtante glacie.

B

Scopi qui medio modo ſe habent.

1 Aetas, regio, cęli ſtatus, tempus, tam morbi,quam diei,habitus naturalis, corporis conſuetudo, exercitium, ſeu ars, victus. locus, vita anteacta,fœcum excretiones,virtus,temperantia, & intemperantia, motiones intenſæ,& remiſſæ, comeſtorum quantitas, & qualitas, totius pletorica diſpoſitio, ambiens,ſexus, forma, figura,ſymptomata, C grauia,& leuia,vomitus,ſudor, nauſea, conſuetudo, omnis bubonum maturatio, morbus, morbiq; cauſa, gracilitas, craſsitudo, euacuationes ſolitæ impeditæ,coitus,pulſus ſubtractio, ſanguinis mutatio. Hi ſcopi ad numerum quadragenarium reducuntur,qui niſi conſiderati fuerint, & bene perſpecti,

aut

A aut ſubita mors, aut ſpirituum difflatio non pauca ſequitur.

Venæ quæ ſecari ſolent in corpore; vena frontis, in oculorum angulis, poſt aures, & ſub lingua, humeraria, baſicalis, & media cubiti, inter pollicem, & indicem, annularem, & paruum digitum vtriuſq; manus, in ano, in crure, in talo, poplite, malleolo partis ſilueſtris, & domeſticæ, iuxta digitum magnum, plures venæ à Iacobo de partibus ponuntur in ſummula per alphabetum deſcri-
B pta, tamen quę deſcripta ſunt magis vſu habentur.

SCOPI PRO RECTA administratione cucurbitularum Cap. XIX.

C CVM cucurbitulæ perſæpe loco ſectionis venæ vſurpentur, eo quòd ſint veluti vicariæ ipſius, poſt venæ ſectionem, de ipſis ſermonem habuimus: idem enim prępſtant quòd venæ ſectio, nam faciunt ad euacuationem, deriuationem, & reuulſionem: inſuper attrahunt à remotis, ſumma cum vehementia, ex multiplici materia conſtant; ænea ſcilicet, vitrea, cornea, & lignea: quæ applicantur omni-

omnibus partibus noſtri corporis, tutò, & ſine periculo, ſeruatis ſeruandis, præter mammillas, quibus ſumma cum præmeditatione, ſcopi eodem modo conſiderandi ſunt, vt de ſectione venæ diximus. à prohibentibus incipiemus. A

1 Nunquàm in principijs morborum.
2 In corporibus repletis.
3 Aetas puerorum infra bimatum.
4 Poſt balneum, & cibum.
5 In primis, & vltimis diebus lunæ.
6 In oris ſtomachi paſsione. B

Præter hos quos de ſectione venę diximus, qui cômodè cucurbitulis applicari poſſunt.

Scopi indicantes.

1 Cutis affectiones.
2 Cum timemus de caſu virtutis per ſectionem.
3 quando intẽdimus minorem ſpirituum reſolutionem facere. C
4 Quando non poteſt fieri ſectio venæ.
5 Quando volumus ſedare dolorem, à flatu, & maximè in ventriculo, & inteſtino colon.
6 Quando volumus extrahere aliquid, ne membrum principale petat, vt in ictu ſcorpionis.

A 7 Quando volumus diuertere materiam, aut reuellere de loco ad locum, ſecundum omnes loci differentias, vt in æmorrhagia narium,& menſtruis purgationibus, & ſimilibus, quæ autores longa oratione perſequuntur, tam Arabes quàm Græci,& Latini.

8 Non debent poni multum ignitæ.

9 Cucurbitulæ, cum ſcarificatione, & ſine adminiſtrentur: quæ ſine ſcarificatione ponuntur magis adaugent calorem,quàm cum ſcarificatione.

B

DE SANGVINIS ATTRActione ore. Cap. XX.

AT quia perſæpe, nec venæ ſectione, nec cucurbitulis ſanguis euacuari poteſt, propter non leues occaſiones, ideo loco ſectionis venę, & cucurbitularum, ore poteſt
C fieri talis ſanguinis euacuatio: nam ore appoſito cuti,& ipſum exſugentes ſanguinem, per poros cutis elicimus, abſq; ipſius ſcarificatione, idq; eò magis, ſi cutis ipſa fuerit ſcarificata, ſed admodum leue præſidium eſt, talis ſanguinis euacuatio: tamen aliquãdo vſui eſſe poteſt, ſecundum opportunitatem.Præter ſcopos enarratos de ſectione, & cucur-

cucurbitulis, minori tamen cum conſideratione, talis ſcopus conſiderabitur, vt qui exſiccare habet: ab eſu allij, porri, cepę, & eiuſmodi priuetur, & os immediate ſupra venam magis idoneam ponat, ſitq; talis robuſtus, & ſæpe quod ore attrahit expuat, & os aqua tepida abluat. A

DE SANGVISVGARVM *recta adminiſtratione.*

Cap. XXI. B

VT quia perſæpe etiam non ſolū his præſidijs vtitur medicus ad euacuandum, deriuandum, & reuellendum, ſanguinem; ſed loco ipſorum ſanguiſugis vtimur, & potiſsimum, cum timetur de ægri maxima agitatione: ideo ſcopi pertinentes ad talem euacuationē erunt ponendi, vt recta fiat adminiſtratio. C

1 Ne ſint ſanguiſugæ venenoſæ, & degentes in aquis venenoſis.

2 Nec ſtatim applicentur, cum aqua extrahuntur, ſed per duos dies continuos, in aqua fontis aquæ dulcis detineantur aquaq; ſæpe mutetur, vt purgentur. D

3 Cum applicantur, debet inungi locus ſangui-

A ſanguine, aut ore loco appoſito ſanguinem exſugi.

4 De directo, ſuper venam debent applicari.

5 Non amoueantur, donec admodum tumidæ fuerint: aliquando ex ſe ipſis remouentur, ſed raro; ſunt qui partem extremam ipſarum incidũt, vt guttatim ſanguis effluat, tamen de raro inciſæ adhærent, ipſis remotis, ſanguis per ſe fluit.

6 Poſt extractionem, ſanguis erit cohibendus: nam euenit, vt ſit difficilis curationis, B cui plurima ponuntur remedia: ego autem ſedare ſoleo linteolo tincto in albumine oui cum camphora.

7 Omnes ſcopi ſunt ſeruandi, vti diximus de ſectione venæ, habita ratione ſanguinis, qui euacuatur, cum teneam non ſolum ſanguinem cutaneum euacuari, ſed etiam qui in venis eſt, vt fit ſectione venæ: nam non ſecatur vena ferro, ſed ab ipſis ſanguiſugis C aperitur, vnde guttatim deſtillando ad tres vſq; ad quatuor vntias, & plus breui temporis ſpatio ſanguinis extrahitur, quòd cucurbitulis non fit, ſed loco ſanguinis, humoralis quædam aquoſitas extrahitur, & præcipue cum tibijs aut cruribus applicantur, & cum ſcarificatione ponuntur.

DE

DE BALNEIS ADMI- A
niſtrandis. Cap. XXII.

BALNEA aquæ dulcis, cum noſtris temporibus apud nos non multum ſint in vſu, niſi apud illos, qui corporis ſordes abſtergere volunt, & ſimul in balneis ſanguinem corneis expurgant, propter cutaneas affectiones, nullo ordine, & non ſeruatis ſeruandis. B vnde non eſt mirum, quòd aliqui incurrant in aliquas affectiones non leues: vt in ſyncopem, in cutis denſitatem, & horrorem; nec ab affectionibus cutaneis liberantur, immo affectiones cutaneæ grauiores fiunt, & aliquando in febres incidunt, eaſq; malignas. ideo volentes vti balneis, hos paucos ſcopos ſeruabunt, vt minori cum læſione, balnea ingrediantur, & egrediantur.

1 Vt corpora non ſint admodum pletorica. 7. Apho. 47. C

2 Vt ſint expurgata excrementis inutilibus, vt fæcibus, & vrina; vacuaq; ſint corpora. 3. acut. vlti.

3 Ne balnea ſint nimis calida actu.

4 Ne fiat tranſitus ab extremo ad extremum, ingrediendo de domo in domum.

A 5 Ne facta ſit commeſſatio ante balneum.
6 Nec ſtatim à cibo, 2. acuto. 53.
7 In habentibus catarrhum non competit balneum, Aui. 1.4.trat.1.cap.9.
8 In laborantibus cruditatibus.
9 In mordaci humoris abundantia.
10 In illiſq; qui laborant febre putrida, & præcipue in tribus primis temporibus, principio, augumento, ſtatu.
11 In quibus phlegmon adeſt, aut quid ſimile. 7. Aph. 47.
B 12 In omni plenitudine, quo ad vaſa, & quo ad vires.
13 Nimiaq; defatigatione, & laſsitudine. 3.acut. 45. Gal.
14 In aluo nimis fluidâ, aut ſicca.
15 In viribus languidis, & ciborum abominatione.
16 In bilioſa ructatione, & æmorrhagia.
17 Vltra debitum tempus, non fiat balneatio.
C 18 In omni cutanea affectione conueniũt. 3.Apho. 15.
19 Ne poſt longam inediam fiat balneatio, de moraſ. vlti. Gal.
20 Conueniunt in extenuatis, ac ventriculi ſicca intemperie, calidis, ſicciſq; affectibus, niſi proueniant à mordaci humore, & acido, ſeruatis ſeruandis, de quibus. Gal. 3.acut. 43.

43. cum Hippoc. & 10. meth. 10. & 3. ſanit. A
tuenda.4.vt ætas, regio, ſexus, virtus, ac morbóſa affectio, & reliqua enarrata in ſectione venæ.

21 Prægnantibus non ſunt exhibenda balnea, niſi ſummo cum timore, & cùm balnea ſint in triplici diſcrimine, ex aqua dulci, calida ſcilicet, & frigida, ac thermarum aquarũ, ideſt ſponte naſcẽtium; de ſponte naſcẽtibus non eſt nobis propoſitum ſermonem habere, ſed ſolum de duobus in quibus ſuſcipiendis tres diuerſæ domus parantur, pri- B
ma frigida moderatè. Secunda mediocriter calida. Tertia in qua fiunt balnea magis calida. Redeundo per eaſdem, ſit diligens qui balneis deſtinatus eſt, & præcipuè caueat ne cornea in balneo applicentur, niſi præcipua cum obſeruatione, quod diximus de balneis ratione totius, idem intelligendum eſt de perfuſionibus, rorationibus, & lauacris: quantum ad partes, vt brachiorum & pedum: quia non paucos noui, qui poſt C
cibum, & ſtatim à cęna, lauando pedes, animi deliquium paſſi ſunt, non ſine diſcrimine.

A *DE FRICTIONIBVS adminiſtrandis. Cap. XXIII.*

SEQVVNTVR frictiones, in quibus etiam diligentia ſumma adhibenda eſt, licet non omnia ad vnguem, vt de balneis dictum eſt, ſeruanda ſint: cùm tanta non fiat euacuatio, ſit tamen aliqualis, ſed exigua, reſpectu
B balnei: poſſunt autem ſeruari hi ſcopi, in varijs frictionum intentionibus. Nam non ſemper intentio eſt ſoluendi, minuendi, ſed etiam indurandi, cui à Gal. tribuitur ligandi nomen, & carnem augendi; & his partibus conſideratur, vt mollis, dura, multa, mediocris.

1 In his, qui longa inedia exhauſti ſunt, non conuenit frictio.

2 Nec antequàm ſuperfluitates excernan-
C tur.

3 Nec poſt cibum, ſed ſemper ante ipſum.

4 Nec in plenitudine, quo ad vires, aut ad vaſa.

5 Nec in principijs morborum putridorũ.

6 Nec cum puſtulæ ſunt in cute.

7 In pueris, & ſenibus, ſemper ſit frictio mollis.

8 Fiat,

8 Fiat, cum calorem ad cutim euocare volumus. A

9 Gelidus aer, & extreme calidus vitetur.

10 Primum brachia, humeros, mox pectus tertio coxendices fricabis: ſunt tamen qui conſulunt primum coxendices, & magis placet.

11 Cohibeatur anhelitus in frictionibus.

12 Secundum vires, & non tempore terminantur frictiones.

13 In omni reuulſione materiæ ad longinqua conueniunt. B

14 In omni dolore capitis, non tamen in principio, ac phrænitide.

15 In principio, blanda, mox violenta.

16 Cum ſoluere volumus, ſit mollis, cum ligare, dura, cum minuere multa, cum nutrire, carnemq; augere, mediocris.

17 Cum magis fluorem alui prouocare, coxendicis partes fricandæ ſunt, cum ſiſtere, brachia, & ſuperiores partes. C

18 In reſiccatis frictio mollis fiat.

19 In mulierum humiditatibus dura.

20 Statim à venere, vitentur frictiones.

21 Secundum curſum muſculorum fiat frictio.

A

DE ENEMATIBVS Adminiſtrandis. Cap. XXIV.

CVM vſus enematum plurimus ſit, ad varias & pęnè infinitas affectiones, quomodo rite adminiſtrari habeant; docendus videtur: de ipſis hæc igitur poſſunt conſiderari. primo materia ex qua fiunt: ſecundo inſtru-
B mẽtum per quod inijciũtur. Tertio recta adminiſtratio. Quantum ad primum dicimus, quòd materia clyſteriorum, eſt eadem cum materia medicamentorum, & omnia quæ per os aſſumuntur, etiam per ſedem poſſunt inijci, ſecundum proprias actiones vti diximus; ut euacuare, lenire, conſolidare, obſtupefacere, & ſimilia, prout medicus agere intendit; ſecundum diuerſas intentiones. verum non modo nimis non prolixum, ſed etiã
C impoſsibile eſſet omnia recẽſere. Nam omnes practici ſecundum varias intentiones, varia in affectibus ſcribunt; ſunt etiam qui conantur probare, quòd etiam poſsit, non ſolum, vt medicamenta inijci, ſed etiam vt alimenta ad nutritionem, quando per os non poteſt fieri nutritio, vt card. 2. contra. medic. tr. 6. cap. 6. Quòd ad ſecundum, in-

ſtru-

ſtrumentum poteſt confici ex pluribus rebus, non ſolum metallicis, ſed etiam ligneis, & coriaceis, prout apud diuerſas nationes in vſu eſt, apud nos ex orichalco, & argento, pro facultatibus. Quantum ad tertium, vt recta ſit adminiſtratio: hi ſcopi conſiderandi, & ſeruandi ſunt. A

1 Conueniunt in omni affectione inteſtinorum, nec non in affectione meſenterij, & circa iecinoris ſima. Gal. com. med. 2. 10. cap. 4. Apho. 2, 4. metho. 7. 3. cauſis ſymp. 2.

2 In nephritica affectione, exiſtente dolore. Gal. 2. loc. aff. B

3 In tuſsi, aut ſternutatione non fiant Aui. fen. 16. tra. 4. cap. 11. 3. libri.

4 Nec ſtante nimia repletione, ſed poſt aliquam euacuationem, ſi fuerit ſoluendi gratia. Aui. 2. 3. tra. 3. 19.

5 In acuto vomitu, & cum ipſum ſedare volumus fiant. Aui. 13. 3. tra. 5. cap. 12.

6 Stet decliuis æger in latus ſiniſtrum, eleuato crure dextro, ac ſtatim ſe vertat in latus dolentis cum inijcitur. C

7 Vitentur acceſsiones morborum, & non tempora vniuerſalia in iniectione ipſorum enematum.

8 Hora diei ſit frigidior qua inijcitur enema.

9 Nec poſt balneum, inijciatur, aut poſt

A longam inediam, ſi ſoluendi, aut leniendi, ſecus ſi conſolidandi gratia.

10 Nec ſunt nimis vſitanda. Paul. l.4.4. cap.

11 Conueniunt, quando ſtomachus fortia medicamenta non ſuſtinet, & ab ipſo euocare volumus.

12 Conuenireq; videntur nutriendi gratia, cum per os cibus non poteſt aſſumi.

13 In omnibus ventoſitatibus conueniũt, ſed vitentur tàm actu, quàm potentia.

14 Nec poſt cibum inijciatur, ſed ante.

B Gal. lib. introd.

15 Si in ano, aut inteſtinis apoſtema fuerit, vitentur omnia enemata.

16 Aetas, ſexus, virtus, conſuetudo, vſus, ſymptomata, morbus, cauſa, non contemnẽda, ſed diligenter examinanda.

17 Debilitat inteſtina frequens eorum vſus, vnde aliquid corroborantis ad miſcendum eſt.

Diuerſitas enematum his nominibus à C Guainerio appellatur in antidotario. lenitiuum, alteratiuum, abſterſiuum, carminatiuum, conſtrictiuum, confortatiuum, ad apopleticos, & paraliticos, quæ etiam diuerſimode ponunrur.

A Victorio Trincauel. lenia, mollia, fortia, acria, euacuãtia: vehementiora, reuulſiua, attractiua, extenuantia, diſcutientia, & alia eiuſ-

eiuſmodi pro diuerſitate materierum ingredientium, ſecundum diuerſas medicorum intentiones, in curatione morborum, aut præcautione ægrorum à morbis. A

DE GLANDIBVS ADminiſtrandis. Cap. XXV.

LOCO enematum ſæpe balanos, ſeu glandes ſeu ſuppoſitoria per ſedem ponuntur, alicuius actionis gratia, ſecundum diuerſas B medicorum intentiones, ex varijs materierum ſpeciebus, prout opus eſt; ex ſepo, tàm bubulo, quàm Hircino, ex ſapone, ex grano ſalis, ex radice betæ, ex pinna, ex ficubus ſiccis, ex melle cocto, tàm ſimplici quàm roſaceo, ad tantam ſpiſsitudinem redacta, vt glandes fiant: quarum recta adminiſtratio eſt conſideranda, ſimul, & alia non negligenda, quemadmodum de clyſteribus dictũ C eſt; cum videantur eadem perficere, minuſque corpus agitent, & conturbent, & ad leniendam ventrem, vt plurimum vſitentur; necnon in alui fluoribus. ſcopi ſunt ijdem, qui in enematibus, & ſi non tam adamuſsim ſeruentur. Sed quia in mulieribus non ſolum per ſedem, ſed etiam per vuluam admini-

niſtrantur, vnde peſſaria dicuntur, & à ſilua-
A tico.cap.61.naſtalia, & natalia, ad plurimas matricis affectiones, & practici ferè omnes vtuntur, non ſolum ad prouocationem men ſtruorum, ſed retentionem ipſorum, & corroborationem, nec non ad fœtus extractionem, vt Aui.lib.5. ſum.2.tra.6.cap.vlti.Paul. lib.7. cap.24. Guaine. de paſsionibus matri. 17.Io.Concore.tra. 4. cap. 1. Gal.5. Aphor. 36. Alber.Boto. lib. 1. cap.40. in quibus peſſarijs rectè adminiſtrandis Ioa. de ſancto
B amand. cap. de peſſarijs non nulla ponit, quorum primum erit vt corpus ſit mundificatum.

2. Itidem à leuioribus ſumatur principiũ.

3 Neq; applicentur hora ſomni.

4 Funiculo paruo applicentur, vti etiam glandes: varia eſt materia ipſorum, non ſolum ex medicamentis, ſed etiam ex materia quibus medicamenta applicantur.

C *DE SVFFITIBVS PRAE-parandis. Cap. XXVI.*

SED quia loco peſſariorum ad euocanda menſtrua, ſuffitus parantur, ex pluribus rebus, & potiſsimum, ex aromatibus, vt Hip.

5. Aphō. 29. ſuffitus arom. tamen hi poſſunt A
fieri, quando volumus cognoſcere an mu-
lier ſit prægnans; in adminiſtrandis, ſeruan-
dum eſt, ne adſit grauedo capitis, & ſit præ-
gnans, nam de facili abortum faciunt, vt aſcē-
dat ſuffumigium per vuluam, & non per alias
partes, vnde ſedis orificium erit pannis cir-
cum voluendum, & obturandum; multa etiā
vndiq; circum voluere, vt fumus non poſsit
aliunde exire, & penetrare, quàm per vuluæ
orificium: vnde ſolent medici parare inſtru-
mentum cuius forma hæc eſt a ◁ b, in quo a B
eſt orificium quod in vuluam intromittitur
in quo b, per quod fumus ingreditur, orifi-
cium in quo a debet adeo ſtrictum eſſe, vt in
vuluam intromittatur, orificium, in quo b,
adeò latum, vt totum vas obturare habeat
in quo ignis ponitur pro ſuffumigatione. in-
ſtrumentum poteſt confici ex omni materia,
dummodo fumus per ipſum exhalare non
poſsit, ſed ſolum per ſtrictum foramen, &
vt recta fiat eorum adminiſtratio, omnia C
erunt ſeruanda; vt de enematibus, peſſarijs,
dictum eſt: & ſi enematum vſus ſit per ſedem
etiam, per vuluam quandoq; inijcitur, pro-
ut morbi neceſsitas vrget, ad agendum; poſ-
ſunt etiam talia ſuffumigia adminiſtrari per
ſellam cubicularem, aut per ciclades matro-
narum nobilium, aut alterius ſimilitudinem
ha-

habentis magiſ, tamen laudo inſtrumentum
A poſitum, cum ſuffumigium non poſsit aliò
tranſire quàm per vuluam.

DE CAPVT PVRGIIS præparandis. Cap. XXVII.

INTER præſidia quibus ſolet medicus humores in aliqua parte
B firmatos euocare à corpore, & maximè in capite, ſint caput purgia, eo quòd caput exonerant ab infeſtantibus humoribus: quæ non ſolum per vnam partem fit exoneratio, ſed per plures, vt per os, nares, aures, oculos: commodè per os, & nares. Tamen cũ medicamenta exonerantia apophtegmatiſmi dicantur; eo quòd pituitam exonerent, cum alij humores propter eorum ſubtilitatem de ſe exonerentur, & nõ
C per has partes euocentur, vt Trinca. de curan. ratio. cap. 21. dicerem tamen, quòd rectius, ſeu rationabilius caput purgia debe-rent nominari, cum poſsibile ſit omnes humores euocare à capite, per diuerſas partes; & quia etiam frictiones, balnea, ſectio venæ, ventoſæ, ſanguiſugæ, cauſtica, & alia multa, ſub hoc nomine compræhenduntur:
ideo

ideo diximus; quod per caput purgia, ſolum intelligimus in præſenti, ea, quæ per os, aut A nares adminiſtrantur, pro euocatione humoris in capite exiſtẽtis: & quia cum ſanguis ſit pabulum naturæ, bilis vtriuſq; acuitatem timeatur, ne potius nocumentum, quàm iuuamentum fiat, ſi per has partes euocentur, ideo apophtegmatiſmi id eſt pituitam euocantes, talia dicuntur, cum magis vſui ſit ipſam euocare quàm ceteros humores, vnde Gal. 2. comp. med. ſecũ. locos circa finem, plurima ponit, quæ pituitam, & non B alios humores euocant, diuerſis nominibus; nec non de inſtrum. odora. vltim. & 4. apho. 2. & 7. 52. prout etiam Aui. pluribus in locis mentionem facit, vt lib. 5. ſum. 2. 1. & 15. 3. tract. 1. cap. 6. & 1. 1. tract. 2. cap. 14. Aetius 6. ſerm. 52. & 53. Tralia. 1. de apoplexia. Trincau. 1. con. conſi. 20. & 38. & 2. eiuſdem conſ. 42. & comp. med. 1. cap. 4. & 11. nec non lib. 4. cap. 6. & curãd. ratio. 2. 12. omneſque practici vno ore, in paſsionibus capitis C eiuſmodi medicamenta laudant. Sed vt res magis lucida ſit, talia auxilia in partes ſecabimus, ſiue caput purgia, ſiue apophtegmatiſmi dicantur; & primo vt per quatuor partes euocant, & per os, nares, oculos, aures, materia educitur à lociſq; erunt nominanda medicamenta. Secundo quia multipliciter

A ter per partes adminiſtrantur, ideo etiam nomina erunt deſcribenda, & primo ſumatur, vt per os adminiſtrantur, & talia erunt in forma liquida, aut ſolida: ſi liquida, gargariſmata; ſi ſolida, maſticatoria, & talia ex medicamento ſimplici, aut compoſito adminiſtrata, prout ex locis adductis poſſunt colligi. Secundo per nares, & ſternutatoria dicuntur, & etiam duobus modis adminiſtrantur; in forma liquida, & ſolida. liquida, vt aquæ, & decoctiones. ſolida, vt pulueres, B quæ per cannulam ſufflantur in nares, vel licinia ex goſsipio fiût, & madefacta in aquis, & liquoribus, & aſperſa pulueribus, naribus imponuntur, tàm longa, vt tangant naſi ſummitatem; quæ adminiſtrata humores educunt à capite, & ſi Gal. videatur dicere, quòd etiam per aures, & oculos, humores euocentur, noſtris temporibus non vſitantur, cùm periculoſa ſint: & ſi cerebrũ expurgetur per has partes, nam ſordes perpetuò in auribus C reperiuntur, & aliquando oculi ſaniem quãdam habent, quæ à capite oritur, non tamen audere debet medicus, per has partes humores euocare, cum nocumentum maius, quàm iuuamentum ſequeretur; ideo in omnibus caſibus per has partes vitandum erit, ne humores euocentur. Sed cum non ſatis ſit ſcire, per quas partes, & quibus medicamentis

humo-

humores ſint euacuandi, ſed conſiderandum ſit quomodo rite adminiſtranda ſint, ideo nonnullos ſcopos obſeruabunt, qui talia volunt rite adminiſtrare. A

1 Vt ſit præmiſſa euacuatio vniuerſalis, totius corporis, ex Tralian. loco citato.

2 Ne ſtatim fiat oris, aut narium lauacrum poſt medicationem: ſed per aliquod ſpatiũ temporis.

3 Sit ieiunus ventre.

4 Vitentur in paſsionibus oculorum.

5 Semper à leuioribus incipiatur. B

6 Summa cum cura, in paſsionibus calidis, & cum timore adminiſtrabuntur.

7 Vlceratiua caueantur.

8 Non adminiſtrabuntur, ore, aut naribus affectis vlceribus.

DE CAVTERIIS, SEV vſtionibus adminiſtrandis. Cap. XXVIII. C

CVM cauteria, ſeu vſtiones, laquea, veſicatoria inter operationes chirurgiæ connumerentur: de ipſis nonnulla ſunt notanda; nam non ſolum ad euacuandum, vt Hip. 6. Apho. 27. & 7. 45. commendat in hi-

dro-

A drope, & Aui. 14.3.tract.4. cap.13. ſed etiam in pluribus affectionibus, vt idem Aui. in ſciatica. 22. 3. tract. 1. cap. 6. ſed etiam ad deriuandum, & reuellendum, & corroborandum corpora, vt idem Aui. 4.1.29. & 4. cant. 2. & Guido. in chirurgia magna tract. 7. doc. 1. cap. 3. Trinca. de ratione cura. 3. cap. 14. & 1. conſ. conſ. 35. & 2. conſ. conſ. 72. ipſa commendat in varijs affectionibus, ad deriuandum, & reuellendum ea, quæ affectionem faciunt in aliqua parte: nec non noſtris temporibus,

B in deſtillationibus, ſeu fluxionibus à capite ad ſubiectas partes, poſt varia medicamenta, his rationibus ſuccurrendũ, conſulunt, & diuerſis partibus talia applicant, ſecundum varias intentiones; vt coronariæ ſuturæ capitis, in occipitio, poſt aures, brachijs, & ſubgenibus, per quatuor digitos, in parte ſilueſtri magis, & talia faciunt, cum medicamentis actualibus, aut potentialibus, quorum medicamentorum materia varia

C eſt, vt ab eodem Guidone. loco citato, & Trinca. ac Aui. 4. 1. tract. 3. cap. 11. & tract. 2. cap. 17. & 1. 5. tract. 3. cap. 15. & viribus cord. 2. cap. 1. vt aurum, ac ferrum ignitum, ſecundum varias figuras; vt ouales, orbiculatas, quadratas, & id genus: fiunt etiam ex cantaridibus, cum fermento, & aceto, ex tapſia, hiberide, ſeu lepidio, flammula, pede coruino,

uino, ſeu ceruino, ex aqua,& oleo feruenti, A
ex ſale armoniaco, colchotar, ſulphure, arſenico, calcis viuæ, ſtoracis liquidæ, prout opportunitas eſt; ab aliquibus in hunc modum cauteria, ſeu vſtiones, ſeu fontanellæ ſolent confici: capiunt lignum ignitum, aut funem ignitum,& ſignato loco, tangunt donec cutis ſit combuſta,poſtea braſsicam cum butyro applicant, & intra ſex,aut octo dies, eſchara educitur, & fouea remanet pro cauterio: aut ſi æger timet, tale medicamentum ignitum, applicant vulgo capitellum, quod B
etſi varijs modis præparatur, tamen magis vſitata hæc præparatio, videlicet capiunt calcis viuæ lib. j. cineris ex quercu, aut alio ligno duriori,lib.ſ.aquæ, lib. 12. & ſic ebullire ſinunt donec aqua reducatur ad ſeſquilibram, aut ſolum ad libram poſtea colant, & colaturam ſeruant, quæ in coagulum vertitur, & ſecundum opportunitatem applicãt, & tale medicamentum, non veſicam, ſed eſcharam facit,quàm braſsica,& butyro cō- C
coquunt,donec commodè extrahatur, vt fouea remaneat pro cauterio, aut fontanella: laquea ex ferro ignito acuto fiunt, veſicatoria ex cantharidibus, cum fermento, & aceto, aut aliquo alio medicamento,prout magis expedit: Sed ad hoc vt rectè talia adminiſtrentur, non nulla veniunt conſideranda,

A neque ſolum antequam adminiſtrentur, ſed poſt adminiſtrationem,cum plura nocumenta euenire ſoleant,vt in dies omnibus manifeſtum eſt:antequam igitur adminiſtrentur, hæc erunt conſideranda; nec non poſt adminiſtrationem.

1 Vt corpus ſit excrementis expurgatum.

2 Ante cibi aſſumptionem.

3 Non ſit corpus cacochimum, nec nimis humoribus refertum.

4 Præcedat corporis mundificatio, & hu-
B morum euacuatio.

5 Ne ſupra partem neruoſam ponatur, aut habentem nerui ſimilitudinem; vt ſunt chordæ, ligamenta, & tendones.

6 Nec in coniunctionibus oſsium, vt ſunt genua,& ſimilia:ſed per quatuor digitos diſtent ab ipſis; licet in ſciatica, forſan ſecus fiat.

7 Eſchara ante tempus non extrahatur.

8 Orbiculi ſint ex cicere albo, remoto cu-
C ſpide,aut ex orobo,non ſint metallica, vt ex auro,aut plumbo, nec cerea: quoniam ſæpe nocumenta ſequuntur.

9 Cum ponũtur, ſint magnitudine media, illius quòd extrahitur.

10 Cùm caro ſupercreſcere videtur, puluere aluminis vſti aſpergatur.

11 Folia hederæ ſuperponantur, aut alte-

rius herbæ, tamen non aſperæ, vt plantaginis,& ſimilia: cerata non multum vſitentur, aut panni linei. A

12 Medicatio fiet bis in die naturali, non ſolum quantum ad orbiculos, ſed ad folia.

13 Non multum tractentur, nec fricentur in medicatione, prout aliqui ſolent facere, vſq; ad ſanguinis extractionem.

14 Nec nimis ſtrictè ligetur, ſed molli faſcia,& in hunc modum præparetur, ligamen a—c—b, & vt intelligatur, aduertat,qđ vbi a,incipiat circumuolui, vſq; ad extremũ vbi B
b, in qua erit funis paruus, & capiendo aliũ funem paruum, qui alligatur in faſcia, vbi c, & diſtantia huius funiculi ab alio funiculo erit, ſecundum magnitudinem membri: faſcia erit lata quatuor digitos: longa, vt ſaltem bis circum voluat: folia ad minus erunt quatuor,& vnum ſuperponatur alteri: ſuper folia corium molle ad latitudinem faſciæ, longitudine ſex digitorum ponatur, hic mo dus ligandi ſumme iuuat, & plurima nocu- C
menta remouet, quæ ſolent aduenire illis, qui coguntur huiuſmodi uti; ſed non erit ab re aqua tepida, aut roſacea ſingulo menſe abluere.

15 Præter enarrata in laqueis, aduertendum eſt, quòd & ſi ſoleant annuli aurei, aut plumbei poni, laudatur magis vt ex funiculo

A ex coma equi conficiantur, & non ex lino, aut cannabi, aut ſerico, & ſi vſitentur.

DE VOMITV PRAEPArando. Cap. XXIX.

INTER præſidia, quibus ſolet medicus humores è corpore educere, vt notat Hipp. 4. Apho. 4. æſtate supernè; ideſt vomitu,
B vt declarat Gal. ideo de tali præſidio non nulla ſunt notanda: & primò cum vomitus cõſideretur duobus modis, vno modo, prout fit à natura, altero, & à medico, in eo quòd corpora vult purgare. 2. Apho. 9. nos non de vomitu naturali, ideſt prout à natura fit, ſine ope medici, ſed de vomitu prout medicus ipſum prouocare intendit, intelligimus, pro cuius prouocatione, varia medicamenta ponuntur, vt Trinca. de arte curat. folio 84.
C litera d, & folio 128. litera c, vt ergò recta vomitus adminiſtratio fiat, cum nil aliud ſit, quam euacuatio contentorum in ſtomacho, arte, aut natura, Gal. 4. Apho. 12. & Aui. 13. tertij tract. 5. cap. 8. non nulla veniunt conſideranda &c.

1 In extenuatis, vomitus eſt periculoſus.

2 Magis laudatur, vt fiat in hora, tempore, re-

regione, cæli ſtatu calido. A

3 Non ſit nimis aſsiduus, nam ſtomachum veluti lacunam reddit. Auic.13.3. & tract.5. cap.8.

4 Ante vomitionem, præcedat aſſumptio diuerſorum ciborum, Aui.4.1. doc.5. cap.4. & præcipuè oleaginoſorum.

5 Ante vomitum, humores præparentur, ſit viarum ampliatio, & apertio, nec ſit venter macredine defatigatus, ſup. Aui.

6 Si frequens ſit, viſui nocet, tamen à malitia humorum liberat renes, ſup.11. & 18.3. B trac.2.cap.12.

7 In prægnantibus, non fiat, neq; hyeme, aut hora frigida. 4.1. doc.5.cap.1.

8 Nec in his qui ſtricto pectore ſunt.

9 Difficultatemq; anhelitus pariunt, fluoremq; alui ſtringunt. 23.1.doc.5.cap.11.

10 Sint fęces expurgatæ, nec adſit debilitas ſtomachi, 13.3.tra.5. cap.8.

11 Non ſit nimis, & ante ipſum corroboretur ſtomachus. C

12 In tertiana, ante acceſsionem, prouocetur. Aui. 1.5.tra.2. cap.64.

13 Non ſit nimis fortis, & cum multa agitatione, & in habentibus ſpiritualia membra debilia.

14 In expuentibus ſanguinem, ac in his qui aſſueti non ſunt, non laudatur.

A 15 In pinguibus, ac obeſis vitetur, ac in his qui parati ſunt ad anginam.

16 Antequàm vomant, primò diſponantur.

17 Oculi faſcia ligentur.

18 Fortis motus fiat in vomitu.

19 Ante cibum, vt talia qualia, & non poſt, ne ſequatur vomitus ciborum, & non humorum.

20 Mediocris, non fortis, aut debilis laudatur.

B 21 At quia magis in bilioſis fit, ſi fuerit ardens humor infrigidetur, plura ex Gal. ac Hipp. in Apho. & Aui. 4. 1. doc. 5. a 11. cap. ad 16. incluſ. & ex Ioan. de Sancto Amando.

At quia perſæpe ſequuntur nocumenta poſt vomitum, ideo notanda ſunt quædam.

1 Colluatur os, & facies aqua tepida.

C 2 Nec ſtatim cibus aſſumatur, ſed permittatur ſtomacho quies.

3 Nec venæ ſectio, aut ventoſatio, aut enema, aut alia corporis agitatio ſequatur.

DE

DE LIGATVRIS ADMI- niſtrandis. Cap. XXX. A

CVM ligaturæ, in pluribus affectionibus commendentur, vt in excitatione ægri ab apóplexia, & epilepſia, in ſyncopi, & præfocatione matricis, ac pluribus alijs; dicerem tamen, quòd vſitari poſſunt ad deriuandam, & reuellendam materiam, in aliqua pare, exiſtentem, vti etiam frictiones. B aduertendum erit, quòd talia debent fieri partibus admodum ſenſibilibus, vt ſunt partes propinquæ commiſſuris, per quatuor digitos, nec ligatura debet diu perſeuerare: ſed modo ſoluendo, modo ligando; faſcia non ſit admodum lata, ſed potius ſtricta nũquàm in ipſis adminiſtrandis, ſeruatum fuit: vt corpus ſit mundificatum ab excretis, & C ſit ante, aut poſt cibum, & plura alia, quæ ſolent ſeruari, in ipſorum adminiſtratione, cum talia vſitentur, ad excitandam virtutem: cum ſopita eſt, & timetur de caſu ipſius, & cum neceſsitas requirit, vſitantur quolibet tempore.

A *DE IMBROCAT. IRRORAT. adminiſtrandis, & rebus. Cap. XXXI.*

SED cum imbrocationes, irrorationes, perfuſiones, fomentationes, ſeſsiones, inunctiones, lenimenta, cataplaſmata, vſitentur; non ſolum ad ſedandum dolorem, ſo-
B mnum conciliandum, ſed etiam ad deriuandum, reuellendum, corroborandum, euacuandum: in ipſis rectè conſiderandum erit, regulam vniuerſalem eſſe, quòd localia non ſint applicanda, niſi euacuato corpore, à ſuperfluitatibus primæ, ac ſecundæ digeſtionis ſaltem: ſed etiam ante cibum, & præmiſſa totius corporis euacuatione, & euacuatis humoribus prædominantibus, & infeſtantibus, ſecundum eorum naturam; ſed quid
C magis conſuetudo, ætas, ſexus, regio, cæli ſtatus, habitatio, exercitium, morbus, cauſa, ſymptomata, ſint ſic conſideranda, vt non ſequatur nocumentum, potius quàm adiumentum, vnde cuidam contigit, vt cum ſua deretur, vt talia ſine conſiderationibus adductis faceret, & pedes lauaret, ac iungeret, ille ſtatim poſt cœnam lauit pedes, &

vn-

vnxit,& mox in ſyncopen incidit,quę ſpatio horarum duarum durauit,adeò vt timeretur de eius vita: tandem ligaturis valde dolorificis, & ſuffitu per nares, auulſioneq; pilorum, ac alijs immenſis cruciatibus euaſit à ſyncopi,& quod ex lauatione pedum, ſecutum eſt, etiam ex alijs actionibus, & plura incommoda oriri poſſunt: prout item cuidam accidit, qui cum dormire non valeret, appoſito opio, cum oleo nenufarino, naribus, temporibus, & carpis manuum, ac pedum, incidit in animi deliquiū, ita vt timor non leuis eſſet de eius vita: tandem multis auxilijs euaſit à deliquio, nihilominus ſtupidus remanſit per plures dies. Sufficiant hæc, quantum ad has actiones rectè obſeruandas, & ſi plura poſsint narrari pro recta adminiſtratione. A B

DE EXCREMENTIS, & primo de vrina. C

Cap. XXXII.

MAXIME neceſſaria eſt excremētorum cognitio,& præcipuè eorum, quæ è corpore excernuntur, vt vrina, felles, ſudores, ſordes, mucoſitates, quæ per nares, aures, expur-

A purgantur, nec non rheumata, quæ per os, ſiue à ſuperioribus, ſiue ab inferioribus deriuent, ſiue ea quæ per venas hæmorrhoidales, aut per matricem in mulieribus, vt medicus aliquis dici non mereatur, ſine iſtorum cognitione. Nam quomodo ſanitatis diſpoſitio cognoſcetur, hiſce ignoratis? aut quomodo ægritudinum diſpoſitiones variæ? tũ ratione materiæ, tũ ratione formę ſine horũ inſpectione, non ne ex vrinis, varias febrium differentias, & tempora dignoſcimus? ex fę-
B cibus innumeras alui deiectiones? ex mucoſitatibus humores, in cerebro exiſtentes? ex illis quæ per os expurgantur, variaſq; in pectore exiſtunt affectiones? Deniq; ex ſudoribus, alijſq; excretionibus, variæ corporum ægritudines, vna cum cauſa materiali digno ſcuntur, ex ſuis temporibus. Cum ergo tanti momẽti ſit, tamquã neceſſaria, huiuſmodi ſpeculatio, non ſolum medico, vt ita dicam, ſed etiam fere omnibus: non ab re eſſe duxi,
C non nulla in medium adducere, poſt ſcopos medicinæ curatiuæ: ex his namq; iudicabit medicus, quæ ab ipſo acta fuerint, rectè ne an male acta, exordientes ab vrina, & ſi fęces primò generentur, veluti à magis neceſſaria prius declarantes de excremento in vniuerſali, non nulla ſcitu neceſſaria. Primò quot modis dicatur excrementum. Secundo quid

per

per excrementum intelligamus;dicimus igitur quòd excrementum:à Gal. 1. ſanit. tuen. A penult. Diuiditur in varias ſpecies, quarum, vna eſt, eorum quæ in ventre. Secunda quæ in iecinore,arterijs,& venis. Tertia quæ per ſingula membra. Gale. 3. cauſ. ſymp. 1. triplex dicit in uenarum concoctione excrementum eſſe, bilioſum ſcilicet, melancholicum,& ſeroſum. 6. loc.affe. 6. excrementa ea eſſe, quæ à continentibus partibus corporis excernuntur, vel ſponte profluunt. 8.meth. 2. triplex dicit eſſe excrementum, halituoſum ſcilicet, quòd per cutim; humidum per veſicam lotij; ſiccum per aluum, 1. natur. facul.vlti. tot eſſe excrementa,quot ſunt particulæ, quæ nutriuntur. Hæc eius ſunt verba. Ergo quòd omnes quæ nutriuntur particulæ, excrementum aliquod creent, vtiq; non negamus. Poſſumus etiam diuidere,ad hunc modum excrementum. Excrementum eſt, primo quod per vlteriorem digeſtionem membri poteſt tranſire in ſubſtantiam nutriti,cum iam ſit expulſum ab alio membro; vt puta à ſtomacho multa expelluntur, quæ per vlteriorem digeſtionem, vt epatis, & membrorum tranſeunt in ſubſtantiam nutriti:& quòd dicimus de excremento ſtomachi, etiam poſſumus intelligere de alijs membris vt de epate, & reliquis medijs, inter mem-

brum.

B

C

A brum. Secundo dicitur excrementum, quòd per vlteriorem digeſtionem,non poteſt trāſire in ſubſtantiam nutriti, & duobus modis conſideratur, vno modo, cum amplius, non poteſt tranſire in ſubſtantiam nutriti, expellitur per partes iam dictas: ſecundo modo, cum non poteſt tranſire in ſubſtantiam nutriti, expellitur de membro, ad membrum, donec perueniat ad vnum, & cum non poſſit ad aliud tranſmitti, nec tranſmutari in propriam ſubſtantiam, neceſse eſt, vt cor-
B rumpatur,& affectionem, ſeu affectiones generet: quarum affectionum infinita ſunt nomina.2. vero natur. fac. vlt. dicit Gal. verum ſeri genera, quæ in ſuccis habentur, omnia ſunt excrementa, purumq; ab ipſis eſſe poſtulat animalis corpus. Cum autem tot modis ſumatur excrementum, nos per excrementum intelligimus illam partem, ſeu materiam,quæ per vlteriorem digeſtionem, nō poteſt tranſmutari in ſubſtantiam nutriti, &
C extra corpus per partes iam enarratas expellitur:vtrum autem, ſi talia per os aſſumantur, habeant tranſire in ſubſtantiam nutriti, dicimus, quòd aliqua quidem, ſed non omnia, & ſi non proprio indiuiduo cōueniunt, alteri conuenire poſſunt, eiuſdem ſpeciei, aut diuerſæ; Nam fęces ſunt alimenta ſuum, & canum. Vrinæ vero ſępe loco medicamēti

ſumun-

ſumuntur, & excrementa, ex ipſis generantur, plura, & pauciora. Sequitur id de quo A
erat intentio, vrinæ ſcilicet explicatio, cuius opera excrementi, ſuccorumq; vitiatorum generationem in vaſis continentibus ſanguinem, iecinoriſq; facultatem, febriumq; tempora iudicant medici. Gal. 2. in 1. proret. 2. 2. prægn. 26. 1. criſ. 7. 4. ſanit. tuen. 2. 6. eiuſdem. 4. nec non renum, & veſicæ affectiones: plurimæq; aliæ peculiares operationes, tàm naturales, quàm præter naturam dignoſcuntur, ſi Hip. & Gal. attendere volumus, 4. & 7. B
Apho. per plures Aphor. In huncq; modum ſermonem habebimus. Primò vnde proueniat. Secundo quid ſit. Tertio in quot partes. Quarto partium conſiderationes, & ſignificationes, tum non nulla alia obſeruanda, in inſpectione vrinæ declarabimus. quòd ad primum pluribus omiſsis, quæ à ſcriptoribus longa ſerie verborum exponuntur, dicimus, quòd vrina prouenit, & excrementũ fluidum eſt eorum, quæ per os aſſumuntur, C
in gratiam nutritionis, aut medicationis, & per penem, & labia vuluę expellitur, in hunc modum: aſſumpto medicamento, ſeu alimento, & ore attrito, in ventriculumq; demiſſo, & retento, propriaq; virtute de forma in formam tranſmutato, & in ſe ſuſcepto quantum facit pro eius pabulo, & alimonia, reli-

A reliqua ad inteſtina expellit, quæ cum ſint alligata meſenterio, à venis, quæ in ipſo exiſtunt, quod ſubtile eſt, naturæq; familiare, & amicum exſiccatur, ſiue extrahitur, & per venam portam, in epar introducitur; quod in inteſtinis remanet, tamquam nocuum expellitur, & excrementa fęcalia dicuntur, de quibus poſt dicemus; quòd in epar intromiſſum eſt, iterum de forma in formam tráſmutatur, in cuius tranſmutatione, quædam portio inutilis pro nutritióne membrorum,
B à veſica fellea, & à liene exſiccatur, reliquũ ab epate expellitur, ad venam cauam, à qua venæ emulgentes oriuntur, & renibus inſeruntur, vti diximus ſuperius. per has venas, ſeroſa quædam humiditas, vnà cum portione humidi, pingui attrahitur, & in renes deportatur, ab ipſiſq; depuratur, depurata in veſicam lotij per vreteres meatus demandatur, tandem per penem, & labia vuluæ, ſecundum neceſsitatem, & opportunitatem,
C tamquàm alienum à natura emittitur. Quid ſit, varij varia dicunt, nimiſq; moleſtum eſſet legenti, omnes vrinæ declarationes, in medium adducere, cum fere quot capita, tot ſint ſententiæ: non nulla tamen, non prætermittenda adducemus, & 1. illam Gal. de mente Hipp. 1. in 3. vulg. 6. præterea vrinam eſſe ſerum humorum in venis contentorum: nos ille

ille docuit.4. ſanit. tuend. 2. Videtur innuere,quòd ſit ſerum ſanguinis, quod per renes A
attrahitur , & per lotium expurgatur, vel quòd ſit, ſanguinis excrementum , & ſupra venoſum genus iudicare habeat. Auic.lib.2. tract.2. cap.65. Vrina eſt ſuperfluitas ſecundæ digeſtionis: Theoph.lib.vrinæ, eſt ſuperfluitas , ſeroſitas, aquoſitas, putredoq; ſanguinis; ex recentioribus, Mercu. eſt materia potulenta alimentiq; vehiculum, in iecinore, ac vaſis alterata in veſicamq; depulſa. Gord. in lib. vrinis de mente Iſaac, eſt co- B
lamentum ſanguinis cęterórumque humorum, de natura equidem actionibus natum. Nos autem dicimus , quòd eſt excrementum ſecundæ digeſtionis, quod per penem, & labia vuluæ excernitur,ſeroſum præcipuè, ac aliquando hæterogeneum,ac diſsimilaribus partibus conſtans,de venoſo genere notas tradens, ac vitia renum, & veſicæ manifeſtans: ponitur excrementum, loco generis, ſecundæ digeſtionis, ad differentiam ſe- C
roſitatis,quæ in inteſtinis perſæpe viſitur, & in prima digeſtione cauſatur, nec non, ſudoris,qui in tertia manifeſtatur,per penem, & reliqua, ad differentiam ſupraſcriptæ ſeroſitatis, quæ per ſeceſſum, & cutem expurgatur, & diuerſorum membrorum affectiones ab enarratis oſtenduntur, nec non quòd

vna

A vna perſæpe non exiſtat ſubſtantia: nam præter ſeroſitatem, lapilli, & alia quamplurima in tali excremento reperiuntur, vti dicemus immediatè, nam in plurimas partes diuidi poteſt, & primo in duas: quarum vna eſt quæ ab omnibus vrina dicitur; altera, nomen contenti ſortita, & ſi tale contentum aliquãdo non videatur, vti Gal.2.in 1. proret.1. eſt inculpata vrina in qua eneorema non eſt, & 2.prog. 26. Cęterum vrina nullo pacto ſedimentum habet, ſi tenuiter viuitur, & de totius morb.temp.in principijs morborum nõ
B apparent ſigna concoctionis, ideſt non apparet contentum. Tale contentum commodè poteſt diuidi in duas partes, quarum altera erit nomine excrementi, quòd renum aut ueſicæ affectiones demonſtrat, & ſubdiuiditur in duas partes; quarum altera ſemper in fundo matulæ apparet, ut ſabula, & lapilli, & id genus: altera pars eſt, quæ in urina natat, ut phyluræ illæ albæ quæ mouen
C tur in urina ſtatim eiecta, poſtea deſcendũt, & iterum, ſi agitetur urina, iterum natant. altera contenti pars, & ſi uarijs nominibus appelletur, ut eneorema, hipoſtaſis, ſublimamentum, nubecula, ſuſpenſio, ſubſidentia, nubes, reſidentia, ratione diuerſorum locorum in urina: nam modò ſuperius, modò inferius, modo in media regione cernitur,

prout

prout morbi natura, & tempora, ſignificantur, in præſentia detur nomen eneorema, A
aut hypoſtaſis, quæ & ipſa diuiditur: primò in tres partes, uti diximus: Secundo prout magis, aut minus accedit ad unam partium Explicatarum. Tertia parte, ſequitur, quarta, nēpe declarare quomodo hæ partes conſiderandæ ſint; omiſsis aliorum conſiderationibus: nam aliqui ſolum ſubſtantiam, & colorem, alij plura, & pauciora, prout eorum intentioni ſatisfacit. Nos dicimus poſſe conſiderari, iuxta numerum prędicamentorum, B
quæ ſunt numero decem, incipientes à prædicamento ſubſtantiæ; & à prima parte omnium partium, nempè ab urina.

Per modum ſubſtantię conſideratur, in eo quòd craſſa, tenuis, uiſcoſa, chimoſa, ſanguinea, bilioſa, pituitoſa, melancolica, oleaginoſa, & triplex, elęocroa, elęophanes, elęodes, pinguis, aquoſa, ſpumoſa, fermentata, & ut unico uerbo dicam: prout aliquā ſubſtantiam repræſentat in eſſe. C

Per modum quantitatis, in eo quòd multa pauca, & mediocris.

Per modum qualitatis, in eò quòd quinque ſenſibus ſubijcitur, licet non negandum ſit, quòd per alias tres ſpecies qualitatis conſiderari poſsit: ut naturali potentia, aut impotentia, habitu, & diſpoſitione, for-

P ma,

ma, ſeu figura: ut ſenſibus ergo ſubijcitur, &
A primo ſenſui uiſus in eo, quòd alba, nigra, liuida, perſpicua, diluta, clara, ſplendida, flãmea, rubra, crocea, candida, uiridis, fuſca, decolor, rufa, ſubrufa, ſubrubra, ſubnigra, pallida, ſubpallida: & alijs pęne infinitis coloribus medijs, inter album, & nigrum, qui in dies manifeſtantur. Auſim etiam dicere, tot eſſe urinæ colores, quot ſunt è terra, & aqua prouenientes. Ad duo tamen reduci poſſe; ad materiam nempe ex qua, & à calo-
B re à quo: ſenſui tactus, in eo quòd calida, frigida, lenis, aſpera, acris, mordax, corrodens, aſtringens, conuellens, & medio modo, & ſi aliæ videntur qualitates, vti Gal. 3. diff. pul. vlti. & 1. natu. facul. 5. tamen non ita patent, vt ſupra enarratæ: ſenſui odoratus, vt fragrans, & fętens, medioq; modo ſe habens, plura tamen Gal. 1. nat. facul. 8. & 3. diff. pul. vltimo, quæ non conſiderantur, vt fragrans, & fętens, & media: ſenſui guſtus, vt
C ſalſa, dulcis, amara, inſipida, acris, auſtera, vnctuoſa, multęq; aliæ guſtabiles qualitates, quæ à Gal. ponantur. 1. alimen. facul. 37. 38. 39. dicatq; quòd ſpecies guſtabilium qualitatum non poſſunt reduci ad numerum determinatum, tamen ſunt, qui ipſas reducunt ad octonarium, alij pauciora ponunt, dicerem tamen quòd medicus prudens ex amaritu-

ritudine, & dulcedine, multa media diuerſis A
nominibus nuncupata proferri poſſent; ſed
quorſum hæc?cum raro aut nunquam viſum
ſit medicum vrinam guſtaſſe, niſi ratione me
dicamenti, tamen videtur de neceſsitate ſe-
cundum guſtum eſſe conſideranda : à ſen-
ſu auditus, etiam fit cognitio, quamuis
nunquam viderim de hac re mentionem fie-
ri, dicerem tamen quòd nonnihil confer-
re videtur, nam quando mingitur, perſæ-
pe auditur ſonus, licet obtuſus, & hoc pro-
uenit,quando non expeditè redditur, ſed cũ B
difficultate, & quædam ampullæ circa orifi-
cium pudendi vidētur,quæ ſonũ procreant.

Per modum temporis, licet pluribus mo-
dis conſiderari poſsit, vt ſecundum tem-
pora morborum in vniuerſali, & particu-
lari, & ſecundum, quòd retinetur, nec eius
meminerunt ægri aut quod redditur, nec
ſentitur,tamen nonnulla ponam conſideran
da, & primò ſecundum quòd raro, aut ſæpe,
aut per momenta, horas, & dies redditur. C
fuere qui per totam æbdomodam non red-
diderunt: Secundo vt ſtatim à cibo,aut ante
cibum:tertiò vt nocte,aut die: quarto, vt in
veſperis, aut media nocte, mane, aut meri-
die:quinto à tempore concoctionis alimen-
ti in ſtomacho, aut epate: ſextò vt cernitur
ſtatim miſſa, aut poſt longum tempus,prout

A vrinæ ruſticorum ſolent conſpici, & perſæpe ratione longi itineris, & agitationis, aut alia de cauſa turbantur, & igne iterum reducuntur: ſeptimo vt diſtat vrina ab vrina diuerſo tempore miſſa: octauo vt per longum ſpatium temporis in veſica retinetur: nono per modum temporis conſideratur, quando reddita permanet, vt eſt, aut mutatur: decimo vt eſt prima, ſecunda, & tertia, & ſic de ſingulis, ab hora matutina, & ſucceſſiuè.

B Per modum habere in eo, quòd nunquam mutatur, ſed ſemper perdurat, oſtendens talem corporis habitum, vt ſi pituitoſum, ſiue biliosum fuerit, & id genus.

Per modum ſitus, & vbi, in eo quòd vrina colligitur in veſica, & per partes conſuetas excernitur, & non alia, vt per fiſtulam in ſuppreſsione vrinæ, aut ratione vulneris, & vlceris: per modum ſitus, etiam, quando non videtur, in eo vaſe, in quod miſſa fue-
C rat, ſed in alio: aut quando partim in vno, partim in alio cernitur vaſe, aut quando deportatur de loco, ad locum, vt de aere obſcuro ad clariorem.

Per modum actionis, & paſsionis, in eo, quòd, cum reddita eſt, ſecundum ſuum eſſe remanet, aut de facili mutatur ab ambiente, vnde neceſse eſt, ipſam per ignem ad primũ ſta-

ſtatum reduci; An vero ex tali vrina poſsit A
fieri iudicium perfectum, nihil ſtatuo, & potiſsimum cum ex longinquo ſit deportata, & multa agitatione perturbata, medicorum eſto iudicium.

Per modũ relationis conſideratur: in eo, quòd referri poteſt, ſecundum omnia enarrata in alijs prædicamentis, non enim arduum modò, ſed impoſsibile eſt, omnia explicare. Addimus etiam, quòd iuxta ſexus, ætates, regiones, exercitia, cæliſtatus, indiuidua, & ut unico uerbo dicam, quot ſunt B
vrinæ conſiderationes, ſiue ſecundum eſſe, ſiue ſecundum dici;tot ſunt, relationes, ſiue ſimplices, ſiue compoſitæ, ex duabus, aut pluribus conſiderationibus, & relationibus, ut craſſa,multa,alba, matutina, ex corpore, habitu pituitoſo, in unico uaſe, eadem perdurante, ex maſculo,puero, climate temperato, laborioſo, æſtate, & non pluuioſa, humana, & ſic de reliquis; quæ tamen non augent numerum prędicamentorum,ea tamen C
doctrinæ gratia poſuimus; reducantur igitur ad propria prædicamenta. Hæc de conſiderationibus dicta ſint.

Sequitur pars nomine excrementi, de qua parte eundem ordinem ſeruabimus, quem de prima: nam primò, ſi conſideretur per modum ſubſtantiæ, ea pars quæ in fun-

A do uaſis cernitur, præter ſupradicta, de urina ut craſſa, & reliqua conſideratur, in eo, quod arenoſa, cineritia, lapidoſa, carnea, & in fruſtra diuiſa, & in puris formam, thophacea, oroboides, ſandarachodes, carunculoſa, capillacea, furfuracea, grumoſa, & vt vulgo dicitur filacea.

Per modum quantitatis, in eo, quòd continua, aut diſcreta, ſecundum partes, & alia dicta de vrina.

Per modum qualitatis, & ſi non videtur eodem modo, vt de vrina dictum eſt, nam tactu, auditu, & guſtu, non poteſt comprehendi, niſi cum egreſſu ipſius vrinæ; tamen alijs duabus de ſe comprꝗhenditur, & pręcipuè ſi ea ſeparetur ab vrina.

Per modum temporis, vt cum ſtatim reddita eſt vrina, ea pars cernitur, aut non ſtatim, ſed per interuallum temporis, præter dicta de vrina: nam quæ de urina conſiderata ſunt, ſimul cum excremento conſiderantur.

C Per modum habitus, in eo, quòd talia ſic denominantur, & ſunt.

Per modum ſitus, & vbi, in eo, quòd, aut in fundo matulæ, eſt aut natat in ipſa, aut tenet partem matulæ.

Per modum actionis, & paſsionis, in eo, quòd cum redditur, aut affectionem, & triſtē ſen-

ſenſationem, & non leuem inducit. Vt lapilli, qui egredientes, ſæpe lacerant interiorem penis partem, aut cum maxima difficultate exeunt, & quæ craſſa ſunt, ſæpe obſtruunt orificium. A

Per modum relationis, in eo, quòd referri poteſt, vti diximus de vrina, & ſecundum quòd talis pars de ſe conſiderari poteſt, tàm ſecundùm partes ſimplices, quàm compoſitas accedit. tertia pars declaranda nomine hypoſtaſis.

Contentum, quod à nobis nomine enæorema, aut hypoſtaſis dicitur, ea pars eſt, quæ in vrina ratione trium locorum cernitur: tria etiam nomina ſortita eſt. Nam ſi in ſuperiori parte exiſtat, ſublimamentum: ſi in inferiori ſedimentum; ſi in media regione nubes; ſeu nubecula. Non latet me tamen, quòd diuerſis nominibus tale contentum appellatur, vti diximus, in diuiſione; quæ ad inuicem confundũtur, & omnia pro eodem accipiuntur: vti vrina, etiam accipitur pro omni, & toto eo, quòd in vaſe colligitur. In rei tamen veritate, in tres partes ſecundum eſſentiam differentes, commodè diuiditur, vt in ſuperioribus dictum eſt; vnde non eſt mirum, quòd etiam tale contentum, & ſi diuidatur in partes tres, loco differentes, plura ſortiatur nomina, quæ etſi pro eodem, ab B C

A vſu quodam ſumantur, inter ſe tamen differunt. Nam ſublimamentum aliud quiddam ſignificat à nubecula, ſeu nebula, & ſedimento, & ſic vice verſa. Quo ergo facilior ſit horum cognitio, primò declarabimus, quid ſit hæc pars; ſecundò in quot partes rectè diuidatur: tertio quomodo conſiderandæ ſint. Sed antequam eius quidditatem proferamus in medium, operæ pretium eſt, eius diſcutere generationem; quæ quidem res meis viribus impar omnino videtur, & conſultius
B eſſet ſilentio præterire quàm paucis, & in cultis perſtringere: verum prætereunda, viſa non eſt, cum huius rei ſtudioſos pro virili iuuare conſtituerimus. Nam impoſsibile videtur de excremento vrinæ ve[illegible]a facere, niſi etiam quomodo tale contentum generetur, patefiat demonſtrando. Neq; tamen in eius declaratione referam omnium grauiſsimorum Autorum opiniones, quod legenti moleſtum eſſet, & quos nobis ſtatui-
C mus limites excederet. Nonnulla tamen propoſito noſtro idonea, adducemus; incipientes à Gal. qui 1. progn. vlti. dicit quidquid enim alimenti in ſanguinis generatione naturæ refugit confectionem, ſubſidet in vrina, neq; vt ſanguis ab ea commutatum, neq; vt pars, præter naturam cauſæ particeps Auic. 2. 1. doc. 3. cap. 6. nomine hypoſtaſis.

Hy-

Hypoſtaſis eſt id, quod in generatione ſanguinis refugit concoctionem, & reſidet in A vrina: Mercu. de excrem. 3. cap. 4. Contenta ſunt quidquid ſubſtantiæ vrinæ corpulentum immixtum eſt; & iſtud corpulentum eſt pars chyli, parum mutata; plurimę Autoritates à Coſtæo viro inſigni in annotat. in Aui. loco citato ponuntur, quæ data opera omittuntur. Adhæc omnia videntur inuicem varia eſſe. Nos ad diſcuſsionem huius difficultatis, quædam ſupponimus, ex quibus facile erit colligere rei veritatem. Primò igitur ſup B ponimus, quòd iſtud contentum, ſemper quid indigeſtum ſignificet, vnde vrina adamuſsim ſana, in corpore ſano, & vtente recta adm. iſtratione diætæ, non deberet retinere contentum. Gal. 2. ſup. 26. ſecundo ſupponimus, quòd tale contentum pugnam naturæ maiorem, aut minorem, cum rebus pręter naturam, ſignificat. Gal. 2. proret. 1. tertio ſupponimus, quòd aliquando natura nō aggreditur illud quod præter naturam eſt, C ſed intactum reliquit: quarto, quòd hoc fiat in ſecunda digeſtione, ſeu concoctione alimentorum; quinto quòd iudicare habeat de venoſo genere: Sexto, quòd in pugna naturæ cum morbo flatus generentur: Septimo quòd in vrina perſæpe inſunt quædam, quæ generantur in veſica, aut renibus: Octauo,

quòd

A quòd donec calor cum humido non naturali coniungitur, non permittit nebulam apparere; ex quibus colligitur, contentum nil aliud eſſe, quàm maſſæ ſanguineæ ſuperfluitatem, flatuoſam, vaporoſam, & terreſtrem: quæ pugnam naturæ cum morbo indicat, aut morboſam affectionem alicuius mẽbri. In quot partes diuidatur, quod tertio loco propoſuimus, non eſt, vt iterum repetamus, cum ſatis in ſuperioribus dictum ſit. quarto vero ſic ſatisfacimus, & primò quomodo
B conſideretur, deinceps ad alia pergemus, incipientes ab ea parte, quæ ſub nomine ſedimenti compræhenditur, & à modo ſubſtantiæ primò.

Per modum ſubſtantiæ igitur ſ craſſa, & reliqua enarrata de vrina, non tamen enumerantes oleaginoſitatem, pinguedinem, & ſpumoſitatem, cum ea ſupernatent in vrina.

Per modum quantitatis, eadem conſideranda ſunt, quæ ſupra addendo, quod etiam
C contentum, aut diuulſum, æquale, aut inæquale eſt.

Per modum qualitatis, & ſi non omnia videantur immediatè conſiderari poſſe, quẽadmodum de vrina diximus, mediatè tamẽ, atq; vti ex neceſsitate conſideranda ſunt, quæ viſui ſubijciuntur, de quibus diffusè in vrinæ cognitione dictum eſt.

Per modum temporis, ad duo poſſumus reducere: nempe in eo, quod cum redditur, A aut ſtatim cernitur, aut per interuallum temporis: Secundo, in eo, quòd tempora morborum vniuerſalia, aut particularia ſignificat.

Per modum habitus, in hunc modum; ſcilicet in eo, quòd cum cernitur, ſemper ſiue ſic permaneat, aut mutetur, ideſt corrumpatur præſefert morbi habitum, ſiue naturam.

Per modum ſitus, & vbi, non eſt, quod repetamus, cum ex eius contenti diuiſione, B notum ſit.

Per modum actionis, & paſsionis, non eſt, quòd ſiat particularis conſideratio, quia contentum, perſe nullam ſignificationem habet, niſi manifeſtetur cum vrina, & ſi habet, eam perpuſillam.

Per modum relationis, quot modis conſideratur totidem modis refertur, & quod diximus de contento, ratione conſiderationis ſedimenti, etiam intelligendum erit de C nebula, & ſublimamento, quæ ſecundum, ac tertium locum, in ordine ſunt ſortita.

Poſitis hactenus conſiderationibus tripartitæ vrinæ, cum eius partibus, ſupereſt, vt ipſarum ſignificationes ponamus, incipientes à prima parte, nomine vrinæ: ſed quia non ſolum difficile, ſed impoſsibile videtur, &

reue-

A reuera eſt, omnes ſignificationes iuxta vrinę conſiderationes proferre, nihilominus conabimur enarrare nonnullas magis neceſſarias, in lucidiorem doctrinę gratiam: incipientes ab illis, quæ per modum ſubſtantiæ dictæ ſunt.

1 Craſſa, ſeu denſa, ſeu ſpiſſa, pluribus modis conſideratur: primò ſi ſimpliciter, ideſt non excedens naturę gradum, non admodum exitialis, eòq; minus, ſi fuerit cum colore laudabili, & durãs per breue ſpatium temporis. 2. progn. 22. Gal. & 1. in 1. vulga. 26. & 27.

B

2 Craſſa admodum, cum colore illaudabili, & durans longum temporis ſpatium, mala perniciosa, & ebullitionem humorum ſignificat, imperfectamque concoctionem. 1. de criſib. 12. Gal.

3 Craſſa reddita, & permanens, impotentiam naturæ, potentiamq; in perturbando, & non in ſegregando, & ſi clareſcit, maiorẽ digeſtionem oſtendit.

C

4 Craſſa, & multa in quantitate, melius, quàm exigua, & perſeuerans modica, virtutis caſum ſignificat, ſi fuerit craſſa, & multa, in lienis ęgritudinibus, & apoſtematum apertionibus, nec non epatis, & venarum opilatione bona.

5 Craſſa, ad modum vrinæ iumentorum, corru-

corruptionem humorum,ſi vero ante criſim clarificetur in febre acuta, eſt ſignum non bonum, capitiſq; dolorem oſtendit, & ad duo,inquàm, reduci poteſt, ad caloris mortificationem,& humorum ebullitionem, ex his enim duobus, poteſt medicus de craſsitie vrinæ iudicare. A

6 Tenuis, ideſt diluta, humorum cruditatem, & ſi diu permanet, extremam cruditatem, ſecus ſi mutatur ad craſsitiem, in conualituris longo tempore perſeuerans, abſceſſum ſignificat. 2. prog. 34. Gal. & pernicioſa eſt. 1.in 1.vulga.26.& in 3. 6. crudumq; eſſe morbum valde tenuis, in omni diſpoſitione, priuationem digeſtionis, aut in venis opilationem, aut epatis debilitatem, aut multæ aquæ potationem, aut vehementis frigiditatis complexionem, cum ſiccitate; Sauona. B

7 Tenuis, deinde craſſa, & iterum tenuis, recaſurum prognoſticat, ſi vero ad craſsitiem mutatur, in febre acuta, & non ſequitur requies, & corporis leuitas, liquefactionem: Et ſi tenuis, ſimilis aquæ, in acutis ægritudinibus cum permixtione rationis, mortem, & ſine permixtione, inconcoctionem, maioremq;, & minorem, ſecundum temporis durationem. C

8 Viſcoſa, copiam humorum viſcoſorum,

nec

A nec non tenacitatem, & dominium pituitoſi humoris,contra fluxibilem.

9 Chimoſa, priuatam epatis ſanguificationem, in chimum alterando.

10 Lutoſa,idem quod chimoſa, ſed magis humores terreſtres, & ipſorum craſsitiẽ demonſtrat.

11 Sanguinea, renes perperam fungi ſuo munere,& mala. 1.in 1.proret. 31. Gal.

12 Pituitoſa, copiam pituitæ, vti bilioſa bilem flauam, melancholica atram.

B 13 Mellea,craſsitiem,& mala.

14 Oleaginoſa, mala, & eſt triplex, elæochroa,principium colliquationis ſignificat: eleophanes augmentum: elæode membra marceſſere, & non nutriri. 3. in 3. vulg. 73. Gal.

15 Pinguis, ad ſimilitudinem iuſculi refrigeſcentis, & ſupernatat conſumptionem membrorum ſignificat. 2.prog.35.Gal.

16 Aquoſa,exitioſa eſt. Gal. 2. prog.32. &

C inconcoctionem.3.in 1.proret.68.& diuturnitatem morbi. 7. Apho.32.

17 Spumoſa, ſuſpecta ad conuulſionem. 3. in 1.proret.19.ſiue ſit per colliquationem,ſiue per ſpiritus permixtionem, & flatuoſitatem.2.1.doc.3.cap.1. Aui.

18 Cęnoſa, inſignem aduſtionem.

19 Fermentata, cruditatem,agitationem, per-

perturbationemq; humorum. Gal.2.proret. in 1. 40. A

20 Purulenta, membri apoſtema.

21 Virulenta, inſignem agitationem, ex Gal. 1. de criſib. 12. & de vrinis libro, & 2. progn.26. nec non 4. & 7. Aph.& ex Micha. Sauona. Si vero vrina aliquam aliam ſubſtantiam repræſentauerit ſecundum illam, fit iudicium per comparationem. Tot denique modis vrina iudicatur, quot modis humores corrumpuntur, vt in febribus omnibus humoralibus, varia tempora ſignificat, B nec non, & varietates morborum.

22 At ſi ſine hypoſtaſi, morbi principium.

23 Si in voluntariè, phrenitidem. Gal.3. in 1.proret.5.

24 Si in multa copia expurgatur, & non iuuat, lethalis ſup.34.

25 Si celeriter appareant ſigna concoctionis, poſtea deſinant, vitioſa, ſup.59.

26 Si vero retineatur in acutis paſsionibus peſsima, conuulſionemq; ſignificat. Gal. C 2.in 1.proret.16.

27 Multa, ſi tenuis, mala, 3.in 3. vulg. 40. Gal.

28 Pauca, mala, 2.in 3.ſup.10.11. & per plura capita: virtutiſq; debilitatem oſtendit.

29 Mediocris, medio modo ſe habet.

30 Vrinæ multitudo, ex ſeptem cauſis, primò,

mò, ex aſſumptione cibi, & potus, in multa A quantitate, & potiſsimum potus: ſecundò, ex repletione multorum in venis: tertiò per viam criſeos: quarto, ex liquefactione humorum, & præſertim cum diſſoluitur phlegma: quinto propter nimiam rerum caliditatem, attrahentem aquoſitatem ab epate, & venis, antequàm digeſtio fiat: ſexto vſus diureticorum, viniq; aquoſi: ſeptimò paucitas expulſionis aliarum ſuperfluitatum.

31 Paucitas, ex nouem: primò ex cibi ac B potus aſſumptione pauca: ſecundò euacuatio aliarum ſuperfluitatum: tertiò oppilatio in vijs vrinæ: quarto hydropica affectio: quintò febrilis caliditas inſignis: ſextò caloris, & virtutis mortificatio: ſeptimò nimia frigiditas, paralyticans vrinæ membra: octauò apoſtema in eiſdem partibus: nonò cruditas, & viſcoſitas humorum. His adiunge, quòd ſi pauca mingũtur in febre acuta, ſignũ malum, & præcipuè, ſi fuerit cum dolore; ſi C verò retinetur, & fuerit capitis dolor vehemens, ſpaſmum, ſi guttatim ſtillat, & capitis fuerit dolor vehemens, mortale; ſi guttatim, cum totius corporis quiete, fluxum ſanguinis narium; ſi inęqualis, perturbationem. 7. Apho. 73. Gal.

32 Alba, cruditatem, 2. in 1. vulga. 31. Gal. in delirantibus mala. 4. Aph. 72. extremamq;

cru-

cruditatem, & deſperatam actionem.

33 Sed quia albus color poteſt ſumi pluribus modis, quò magis eluceſcat doctrina, non nulla videntur explicanda. Primò igitur ſumitur pro omni re tranſlucente, vt cryſtallum, vitrum. Secundò, pro re diſgregans viſum, vt lac pergamenum: primus modus arguit intenſiſsimam frigiditatem: ſecundus complexionem frigidam, humidáq; corporis, & membrorum, phlegma, vermes, cholicam, arthetricam, capitis dolorem, epilepſiam, paralyſim, apoplexiam, ſpaſmum, nauſeam, indigeſtionem, appetitus deſtructionem, frigiditatem in nutritiuis: tertiò, albus, vt aqua, priuationem digeſtionis, aut materiam currere ad alia mēbra: quartò, albus mucilaginoſus, phlegmatis crudi multitudinem: quinto, albus vnctuoſus, adipis colliquationem: Sextò, albus ſimilis maculæ oculi, phlegmatis liquefactionem, & in febre acuta mortem: ſeptimò, albus, vt ſperma, cryſim apoſtematum phlegmaticorum, laxitates interiorum, & ægritudines, quæ accidunt ex phlegmate vitreo: octauo plumbinus color malus, & præcipuè, ſi in contento: nòno lacteus pernicioſus: decimo albus, glaucus, ad rufum tendens, & declinans ad fuſcum, cuius contentum fuerit ſequeſtratum, quartanam de melancholia naturali:

A vndecimo albus continuò apparens, quartanam futuram oſtendit, ſi fuerit in ægritudinibus chronicis.

34 Nigra vrina, vſtionem, ſpirituum reſolutionem, bilis atræ mixtionem, frigiditatem, aut incendium vehemens, membrorumq; mortificationem ſignificat: mala, exitioſa, mortaliſq; eſt, & præcipuè in febribu acutis. Gal. 2. prog. 32. 1. in 1. proret. 4. 3. in 1. eiuſdem 2. His tamen exceptis: ſi nigra, & in multa quantitate reddatur, & corporis alle-

B uiatio ad fuerit, bona, & in affectionibus ſplenis, nam & ſoluit quartanam in purgatione matricis, cum ſit ſentina humorum, in vitijſque vrinalium membrorum.

35 Liuida, mala, praua, frigiditatem, caloriſq; mortificationem ſignificat. Gal. 1. in 1. vulg. 34. in mulieribus minus ſuſpecta.

36 Turbida, qualis iumentorum, dolorem capitis oſtendit. 4. Apho. Gal.

37 Perſpicua, mala in delirantibus. ſup. 72.

C Gal.

38 Diluta, mala. 3. in 3. vulg. 71. Gal.

39 Flammea, pernicioſa. ſup. Gal. & 1. in 1. 26.

40 Decolor, ſic etiam, vt ſup. pernicioſa.

41 Turbida, phrenetidem. 2. in 1. proret. 4. copiamq; humorum crudorum, flatuoſorũ, & aſsimilatur ſubiugali. Gal.

42 Viri-

42 Viridis,mala,& pernicioſa. de vri. Gal. A

43 Candida,crudum humorem,& pituitā. 2.prog. 26.

44 Rufa, cruditatem. 2.prog.3. & ſi tenuis deterius.

45 Subrubea,diuturnitatem. 2.prog. 27.1. in 1.proret. 30. & ſi impenſè inconcoctionē in 1.ſup. 25.

46 Crocea, ſiue citrina, modicè, bona. 2. progn. 30. & intenſe bilem eſuperantem, 2. prog. 26.& ſi plus quam oportet, & in ictericia mala, hidropemq; futuram. B

47 Clara,ſplendida, ad albedinem.

48 Pallida,fuſca ad nigredinem. vt ſup.

Sed quia adamuſsim, medios colores dinumerare non poſſumus,ideo recurrendum erit ad extremos, eorumq; ſignificationes, & prout magis accedunt ad vnum contrariorum.

49 Calida, ebullitionem ſanguinis,aut inſignem caliditatem.

50 Frigida, contra. C

51 Lenis, iucunditatem.

52 Mordax,aſpera,aſtringens,conuellens, corrodens,omnes malę, nam miſcelam bilis flauæ, aut atræ vna cum attenſa caliditate.

53 Inodora, bona.

54 Fętida, mala,exitioſa, internitionem, aut putrefactionem.2.progn.32.

A 55 Odorata, terebinti aſſumptionem, aut terrebintinæ, vt ſæpe viſum fuit, non ſolum in alijs, ſed in me ipſo.

56 Acuta, inſignem caliditatem. 3. Apho. 16.

57 Salſa, amara, acris, dulcis, & id genus, prout guſtus ſenſui ſubijcitur, quid ſignificent non ponam; nam ſignificationes eius apud autores non memini me videre: & t de ſe ſalſa videatur.

58 Sonifera, flatuoſitatem.

B 59 Citò egrediens, mordicationer , aut vellicationem, aut muſculorum relax ione.

60 Rarò idem quod ſuppreſſa, mortem niſi ſit ratione fętus. 7. Apho. 44. Ra ,ſed non ſuppreſſa, vt de prima conſidera one, ægri negligentiam, aut mentis perturbationem, aut meatus occluſionem, ex obſtructione, a pituitoſa materia, aut carnea, aut aliqua alia materia, vt lapilli.

61 Si ſtatim à cibo, comeſtorum aggra-C uationem, & potiſsimum potus.

62 Quæ noctu redditur, magis crocea quã interdiu, & bona, & contra.

Aliæ ſignificationes, quæ deſumuntur ab alijs cõſiderationibus enarratis in alijs prędicamentis, vt à tempore, habitu, ſitu, vbi, actione, paſsione, & ſecundum relationem, cùm à grauiſsimis autoribus nihil ſcriptum

extet,

extet, nec ego ponam, cum tamen ſint neceſſariæ cognitu, cum ſuas ſignificationes A
uabeant.

DE SIGNIFICATIONIBVS *excrementorum. Cap. XXXIII.*

SEQVITVR, vt ſignificationes excrementorum, & ſi non omnes nonnulla magis neceſſaria proferamus B
iuxta grauiſsimos viros inuenta, & primo omnes ſignificationes habet, prout de vrina dictum eſt, & ſimul cum vrina reddatur: potiſsimæ hæ ſunt.

1 Si ad modum erui, aut ordei, ſi carnoſius à renibus; ſi foliofius, à veſica: vnctuoſius, ab adipe. 5. in 6. vulg. 15.

2 Si vt pus lapilli, & thophi: materiam viſcoſam, putridam, terreſtrem, craſſam in vena renibus, & veſica contineri demonſtrat. 1. in 6. vulg. 5. C

3 Oroboides, & ſandarachoides, tenacē, & craſſam materiam, & ſemper eiuſdem coloris ſunt, ſed variantur.

4 Carūculæ in formam pilorum, & capilli: vitiū in renibus eſſe. 2. prog. 25. & 4. Aph. 76.

5 Filacea,& furfur:partes vrinæ humorem
A pituitoſum continere, veſicamq;, ſcabie laborare. ſup.77.

6 Sanguis, venam in renibus ruptam, aut in collo veſicæ,aut menſtrua purgari.ſup.78.

7 Arena, & gummi: veſicam calculo laborare, ſup.79.

8 Arenoſa, ocium.2.natu.hum.21.

9 Squammulę,in veſica affectiones eſſe.

DE SIGNIFICATIONIBVS
B *hypoſtaſis. Cap. XXXIV.*

TRANSEVNDVM eſt modo ad ſignificationes enæorematis, ſeu hypoſtaſis; quæ vti diximus, diuiditur in tres partes, in ſedimentum inquam, nebulam, & ſublimamentum.primo de ſedimento; qui etiam eaſdem ſignificationes habet, vt de vrina dictum
C fuit,& præter ea, nõnulla propria ponemus.

1 Bulloſum, renalem morbum, nec non ſpiritum flatuõſum ſignificat. 7.Aph.34.

2 Candidum, lene, & æquale, optimam ſignificationem habet, morbumq; breuem, & ſecurum,& ſi intermittat,longum.2.prog.26

3 Copioſum,crudorum, humorum, abundantiam. ſup.

4 Fur-

4 Furfuraceum,& aſſatum : ſanguinem, & carnis conſumptionem, à calore febrili. 2. prog.28. A

5 Squammeum, deterius : ſpumoſum, flatuoſos ſpiritus permixtos, tenaci crudoque humori.

6 Inæquale, inæqualitatem.

7 Tenue,materiam vinci à natura,craſſum c[illegible]tra: tenue, & admodum candidum, exit[illegible]um. 2. prog.28.

8 Diuulſum, copiam ſpirituum flatuoſorum, [illegible]ed craſſorum. B

9 S[illegible]rubeum,morbi diuturnitatẽ. ſup.27.

Nebul[illegible], ſub ſecunda parte collocata, ſequ[illegible]ur,quę raro in pituitoſis apparet; & bilioſis minima. 2. progn. 26.

1 Candida,rara,æqualis, in vnum redacta, bona,3.in 3.vulg,8.

2 Nigra, craſſa,inæqualis,& diuulſa, malignitatem, frigiditatem,mortem oſtendit, 2. prog.29. C

3 Melior eſt,vt deſcendat,quàm aſcendat.

4 Vt farina diſperſa,mala.2.in 3. vulg.2.

5 Liuida, tenuis item.

6 Fruſtuloſa, vt ſandaracha mortem; de vrinis. Gal.

7 Grumoſa, inæqualitatem, & diuulſionem.
A 4. Apho. 31.

8 Si inæqualis, ſecundum diem, virtutis debilitatem.

9 Si magis aſcendit, aggregationem flatuum.

10 Si liuida, frigiditatem, & virtutis internitionem.

Sed quid de ſublimamento dicam? q[illegible] pars inter omnes partes iudicatur ma[illegible], propter copiam flatuoſorum ſpirituum qui
B in ipſa reperiuntur, & ſolum pugnæ principium oſtẽdit. Omnes ſignificationes [illegible] a lijs duabus partibus deſumi poſſunt, tam ratione ſubſtantiæ, quàm aliarũ conſiderationũ.

VNIVERSALIA CONSIderanda de vrina. Cap. XXXV.

C SVPEREST, vt quædam vniuerſalia ponamus, ideſt quæ deſeruiunt omnibus vrinæ partibus, & primo.

1 Vrina, in qua nihil apparet contenti, in ſanis optima, in ægris morbi principium demonſtrat.

2 Vrina, in qua continetur quid contenti, non inculpatè viuitur, ſi in ſanis; ſi in ęgris

iam

iam eſſe in principio morbi.

3 Vrina, in qua copioſum contentum cernitur, in ſanis immoderationem victus, in ægris accedi ad ſtatum, propeq; eſſe. A

4 Vrina, in qua contentum magis deſcendere, quàm aſcendere videtur, minorem copiam crudorum humorum eſſe in venis, minoremq; perturbationem. 1.in 1.pror.31.

5 Vrinæ retentio in febre acuta, mortem; cum capitis dolore, conuulſionem, 2.in 1. pr. ret. 16.& 3.in 1.28.

6 Vrina, quæ redditur ſimilis epati, talia ſignificat vt epota. 6.in 5.vulg. 15. B

7 Vrina, vt redditur, ſic etiam in uenis ſanguinem exiſtere oſtendit, qualitateſq; ſuccorum demonſtrat. 4.ſanit. tuend. 5.

8 Vrina, tempora morborum ſignificat, iuxta eius modicam, aut multam coctionem. 1.criſi.12.

9 Vrinæ multitudo, aut paucitas, ratione ſudoris, aut aliorum excretorum, eſt iudicanda. 1.in 6.vulg.9.

10 Vrina, eſt vehiculum aliorum humorũ. 2.prog.26.1. criſ.7. C

11 Vrina, ad modum erui, & ſubrubea: cũ contentis ſub rubeis, morbi longitudinem.

12 Vrina ſecundum ętates variatur, & varia ſignificat; nam in infantulis, alba, eſt vt lac, in pueris magis tincta: citrina iuuentu-

tis;

A tis: ſenum alba, & ſubtilis: decrepitorum ma-
gis tinctæ, & ſubtiles ſunt vrinæ.

13 Vrina, ſecundum complexiones, phleg-
matici, alba; cholerici citrina: ſanguinei ru-
fa, tendens ad obſcurum, melancholici, al-
bedini vicina, ac fuluo colori.

14 Vrinæ mulierum ſubcitrinæ, ad albe-
dinem tendentes, cum quadam turbulentia
& notabili groſsitie, virginum minus turbi-
dæ, & minus tinctæ.

15 Vrina prægnantium, vſq; ad quintum
B menſem incluſiuè, eſt citrina, ad ſubalbedi-
nem declinans, clara in ſuperficie, habens
ſublimamentum: in medioq; apparet quæ-
dam nebula carminata, ad modum cotti, in
qua apparent quandoq; granulæ aſcenden-
tes, & deſcendentes, & ſi moueatur vas, ſiue
agitetur, vrina non conturbatur, nec talia
conturbantur: in ſexto, & ſeptimo menſe, eſt
coloris vt aqua cicerum rubeorum, vel pe-
dum vitulorum non excorticatorum: in fine
C citrina, ad rubedinem declinans, & cum mo-
uetur vas, conturbatur color vrinæ, aliqui
non citrinam ſed irinam cum rubedine;
Illis temporibus non ſublimamentum, ſed
ſedimentum apparet, in medio, nebula ſimi-
lis cotto carminato, & granula; Sauonarola
de vrinis.

16 Vrinæ virorum, ſunt valde coloratę, &

cum

ſum mouētur, turbantur, & earum turbatio aſcendit ad ſuperiora: Sauon. A

17 Vrina, neç minus conſideranda eſt, ſecundum ſpecies humorum.

18 Subcitrina, æqualiter ſpiſſa, phlegma naturale ſignificat.

19 Glauca, vel pallida in ſubſtantia, mediocriter tenuis, cum quodam liuore in par[te] ſuperiori, phlegma acetoſum.

[illegible] Citrina, per totum ſpiſſa, ſine obumb[ra]tione, & colore liuido, phlegma dulce.

22 Citrina mediocriter, & tenuis, phlegma ſalſu[m]. B

23 [Al]ba, pauca, globoſa, turbida, in fundo, phlegma vitreum.

24 Vri[n]a rubea, ſubrubea, rufa, ſubrufa, choleram flauam.

25 Citrina, citrinam choleram, citrina mediocriter vitellinam choleram.

26 Cholera praſina, & æruginoſa: in his non variatur color vrinæ, cum non admiſceantur. C

27 Vrina, diſcolor, melancholiam, nigra.

28 Vrina rubea, ſanguinem.

DE

A

DE CIRCVLO. Cap. XXXVI.

CIRCVLVS ſupereminens vrinæ, ex ſubſtantia diaphana:
Si albus pituitam.
Citrinus choleram.
Pallidus, & fuſcus humorem melancholicum.
B Rubeus, & ſpiſſus ſanguinem.

DE AMPVLLA. Cap. XXXVII.

AMpulla eſt corpus paruum rotundum ex ventoſitate groſſa, aut vapore incluſo partibus viſcoſis,& aqueis vrinæ genitum,in ſuperiori eius parte eminens;& ſigni
C ficat ventoſitatem groſſam, quæ reperitur in crudis,& viſcoſis humoribus:& hę ampullæ vel ſunt paruæ, & ſupra diſpoſitionem cerebri;ſi magnæ, ſupra ſtomachum, & membra nutritiua;ſi perſeuerauerit morbi longitudinem, nec non futurum lapidem ſignificat, & mala eſt in diſpoſitionibus renum.

DE

DE GRANIS. A

Cap. XXXVIII.

GRana, ſunt corpora parua, & propter eorum paruitatē ſæpe viſum effugiunt, apparent in circulo, & ſub circulo, materiam rheumatizantem ſignificant.

DE NEBVLA.

Cap. XXXIX. B

NEbula, prout eſt quædam obumbratio in ſuperiori regione vrinę, ſignificat humorum aduſtionem, & difficultatē anhelitus pectoriſq; anguſtiam.

DE SPVMA.

Cap. XL. C

SPuma nil aliud eſt quàm aggregatio multarum ampullarum, & eiſdem fit de cauſis, & ſignificat caliditatem inducere humoribus ebullitionem, & magnam partem in vaporem conuerſam, plurimaq; ſignificat: nām ſi alba, frigidam, & craſſam materiam:

riam: citrina choleram groſſam, & viſcoſam; A vt in icteritia: citrina nigra, melancholiam phlegmati admixtam; & in icteritia nigra; viridis aduſtionem: liuens mortificationem: perſeuerans oppilationem; & maximè ſi multa fuerit.

DE TELA ARANEAE. Cap. XLI.

B Tela araneę, eſt quid vnctuoſum in ſuperficiæ vrinæ, & aliquando pinguedo nominatur, vitia renum, aut alterius membri demonſtrat, propter pinguedinis colliquationem.

DE PILIS IN VRINA. Cap. XLII.

C Pilus in media regione vrinæ demonſtrat ſiccitatem vehementem, & caliditatem non admodum intenſam in ipſis renibus, aut veſica.

DE

DE ATOMIS. A
Cap. XLIII.

ATomaſunt corpuſcula parua humoralia nondũ terreſtrificata, demonſtrant deſcenſum humorum ab alto ad partes inferiores, per loca valde anguſta, & vt quidam volunt futuram podagram.

DE FILIS SPERMATICIS. B
Cap. XLIV.

FIla ſpermatica, quæ & perenia ſunt, demonſtrant coitum de præſenti factum, aut debilitatem teſticulorum, in retinendo, aut ſpermatis repletionem.

DE VAPORE. C
Cap. XLV.

VApor, eſt quidam fumus, qui non ab omnibus comprehenditur, ſignificatq; materiam calidam, aduſtam vehementi aduſtioni, morbiq; longitudinem, & ſi perſeuerauerit, mortem.

Paucas

Paucas haſce, atque adeò, minimas vrinę
A ſignificationes ſimplices, ex pluribus ijſq; diuerſis autoribus deſumpſi, & præcipuè ex Hip. Gal. Aui. & Sauonar. Quæ poſſunt inuicem complicari, nō ſolum quantum ad duas ſignificationes, ſed plures duabus, & tribus. Nam ſępe euenit, ut in ictu oculi plurima ſeſe offerant conſideranda, quæ non caren ſuis ſignificationibus, quę tamen omnia pr[æ]termiſſa ſunt data opera, ne in immen[ſu]m traheretur opus, prudenti medico ea ſ[ec]un-
B dum opportunitatem complicentur cum ſuis relationibus. Ad vltimam me c[on]fero, nempe vt ſcopos, qui in acie ocul[o]rum habendi ſunt: in omni vrinarum co[nſi]deratione proponam, & hi ſunt.

DE CAVTELIS INSPEctionis vrinæ. Cap. XLVI.

C 1 CONSIDERABITVR ætas, ſexus, regio, tempus, anni tempora, cæli ſtatus, vitæ ſtudium, inſuper omnia quæ variare poſſunt, & immutare vrinam: ſemper tamen in latitudine ſanitatis.

2 An ſit reddita ratione medicamenti, aut alimenti.

3 Qua hora diei naturalis reddita fuerit.

4 Numerus vitium, ſecundum primam, ſecundam, & ſic de ſingulis. A

5 Quæ ſit prima, ſecunda, tertia, quarta, & ſic de alijs.

6 Non erit aſpicienda in radijs ſolaribus, nec lumine candelæ, quando de directo radij luminis cadunt ſupra vrinam, nec in obſcuro.

7 Ne ſit pannis lineis albis propinqua, aut poſita ſupra aliquod lucidũ, & ſplendẽs.

8 Statim cum eſt reddita videatur, & inſpiciatur ſi vapor exiſtit, nec non, deinde poſt dimidiam horam, aut vt quidam volunt, poſt horam. B

9 Nec fuerit conturbata, & poſtea igne reddita.

10 An membrum vitioſum ſit, per quod redditur.

11 Diſtantiam vnius vrinæ ab altera, & ſic deinceps.

12 Vtrum ſtatim à cibo, an aliquo motu violento. C

13 Sit, an in acceſsione, aut ante acceſsionem, aut poſt, aut in hora quietiori.

14 An colorata ſit vrina, ratione humoris, aut caloris, aut mora in veſica.

15 Vas non ſit nimis ſtrictum, aut latum, aut ouali figura, aut oblonga, nec in fundo

A ſit eminens. Sed vas debet eſſe mediocris figuræ, in longitudinem, tendentis, nullis angulis obductum.

16 Vas non ſit nimis ex vitro groſſo, aut colorato, ſed ſit ex puriſsimo vitro, & ſubtiliſsimo, nec aliquo liuore maculato.

17 Tota vrina colligatur vnico vaſe, & nõ diuidatur in partes, aut obijciatur pars, ſed tota aſpiciatur, quæ vnica vice reddita ſit.

18 Ne quid extrinſecus ſit immixtum.

19 Radijs ſolaribus non exponatur, nec

B aeri frigido, nec per ſpatium longum

20 Nec poſt coitum, aut defatigationem, tam animę, quàm corporis eſt viſenda, ratione iudicij.

21 Medicus non ſit impeditus, aliquo modo viſus.

22 Nec ſit ieiunantis, per diẽ, aut per dies.

23 Nec ſit aſſuetus balneis, aut balneatus.

24 Quòd ſit humana, & non alterius, & ſic cognoſcitur; nam elongando, humanam ab

C oculis magis clara cernitur, ſecus ſi brutorũ.

25 Ab alijs liquoribus ſeparatur, per contentum.

26 Ne fiat iudicium de ipſa, ſimul ac reddita eſt, ſed per aliquod ſpatium, ſed non multum temporis.

27 Nec cogatur reddere, ad iudicium faciendum.

28. Quia

28 Quia ſæpe decipitur medicus in conſiderando, an vrina ſit ſubtilis, an craſſa; digitum extrinſecus vaſi apponito, nam ſi digitus, cernitur ſubtilis, aut craſſus, ſic etiam vrina erit. A

29 An color ſit per commiſtionem humoris, an caloris, intinge pannum lineum, aut chartam albam, ſi talia colorata, tum ratione humoris ſecus non colorata, ratione caloris cognoſcitur.

Omnia ſint tibi reducenda ad ſanam vrinam, ſecundum latitudinem ſanitatis, nã indi, medi, orientales, montuoſi, foſſores, meſſores, laborioſi, & vnumquodq; genus hominum, iuxta ſuas actiones, & habitationes ſanum dicitur. B

DE EXCREMENTO fæcali. Cap. XLVII.

ABSOLVTO de vrinis tractatu, reliquum eſt, vt perſequamur excrementum fęcale, cum maximè ſit neceſſaria eius cognitio: in eo igitur excremento hunc ordinē ſeruabimus, non diſcedendo ab inſtituto noſtro: primo quid nominis; ſecundo quid rei: tertio quot ſint partes: quarto ſingulas exami- C

A nabimus: quintò nonnulla proferemus de vera inſcriptione: ſexto ſignificationes, ad rectam diiudicationem. Quòd ad primum attinet, pluribus nominibus hoc excrementum appellatur, tam à græcis, quàm à latinis, prout Mercu. de excre. fęcali. 2. omiſsis græcis nominibus, cum noſtris temporibus perpauci calleant græcam linguam, latina nomina hæc ſunt, fęces, ſtercus, egeſtiones, d[illegible] iectiones, excretiones, profluuium alui, [illegible]n- triſq; exoneratio, & ſedis, ac alui. Excre[illegible]n
B tum liceat mihi in præſenti nomin[illegible], vt etiam Gal. pluribus in locis: ſed 2. A[illegible]o. 14. & 6. 47. nam per ſedem non ſolum f[illegible]es, ſed etiam perſæpe humores è corpo[illegible] exeunt, ex omni ſpecie, & genere. Quid vero ſit, dicere poſſumus, quòd ſit totius corporis expurgatio per ſedem, ab omni re nocua, ſua ſubſtantia, quantitate, qualitate, aut alio quouis modo infeſtante ipſum corpus, aut partem corporis. Tertio dicimus quòd ex-
C cremēta in multas partes diuidi poſsūt, prout ea ſunt quæ expurgantur: nam primo expurgantur alimenta, eadem qualitate, & quantitate ſeruata, aut parum mutata. Gal. 6. Apho. 1. & 4. 12. & ſanit. tuen. vltimò: ſecundo chilus, & chimus: tertiò fęces: quartò quędam veluti raſuræ carnis: quinto mucus: ſextò ſanguis, aut alius humor: ſeptimo aqua

ſimi-

ſimilis loturæ carnis: octauo crepitus: nono A
lumbrici, & lapides Mer. de excre. 2. cap. 4.
decimo, vt breuiter omnia compræhendam,
vt ſit, quid corporeum, aut humoroſum, aut,
ſpiritoſum, corporeum vt ramenta, humoroſum, vt ſanguis, ſpiritoſum, vt crepitus, & ſoni: Succedit quòd quarto promiſimus loco, nempe, vt ſingulas partes examinemus, incipientes ab aſſumptione alimentorum, dicimus quòd in exoneratione ipſorũ, debet medicus recurrere prædicamenta, eaq; per ipſa conſiderare, & primo ſuum B
ſubſtantiam: ſcio tamen quod alij non per omnia prædicamenta conſiderant, ſed per pauciora. Gal. 2. prog. 13. nos tamen lucidioris doctrinæ gratia, per omnia dicimus poſſe examinari.

1 A ſubſtantia incipientes dicimus, quòd talia erunt craſſa, liquida, mollia, dura, lęuia, aſpera, viſcoſa, fluxibilia, chimoſa, lutoſa, oleaginoſa, mellea, pinguia, aquoſa, glutinoſa, purulenta, ſpumoſa, ampulloſa, lactea, ſan- C
guinea, biliosa, melancholica, pituitoſa, carnea, & vt ſemel dicam, prout aliquam ſubſtantiam repræſentant.

2 Per modum quantitatis, quot modis quantitatis, & primo in eo quòd fęces continuæ ſunt, aut diſcretæ ideſt in vnum compactæ; aut diuiſæ: ſecundo vt poſitionem

A habent, aut non:tertio æquales,aut inæqua-les:quarto multę,paucæ,mediocres.

3 Per modum qualitatis, ſecundum quatuor ſpecies eius,vt habitus,& diſpoſitio, naturalis potentia, & impotentia, forma, ſeu figura, paſsio, & paſsibilis qualitas; paſsiones à nobis tamen præcipuè conſiderantur, iuxta quatuor ſenſus, & ſi non vidi vnquam aliquem, qui fęces guſtauerit, niſi i[illegible] rationalis fuerit, vt ſus, canis, & ex galli[illegible] aliquæ:ſecundum ſenſus tactus dijudic[illegible]
B pluribus modis, prout etiam de nutri[illegible]te dictum fuit, & primo ſecundum quatu[illegible] qualitates ſimplices: ſecundo compoſi[illegible]s: tertio per quatuor gradus: quarto p[illegible]out talia ſecundum magis, & minus diuerſificantur, & vt ſunt propinquiora principio gradus, aut medio, aut fini: ſexto ſecundum quòd qualitates ſecundæ ſequuntur primas,omiſſis guſtabilibus, ſolum de ijs, quæ alijs ſenſibus manifeſtantur, incipientes à tactu,vt ex-
C crementum eſt denſum,rarum, aſperum, lęne, durum, molle, & reliqua narrata de nutriente: Odoratu cùm excrementa fœtent, ſed non valde, aut valde, & immoderate fœtent,aut non, ſed quod ſint boni odoris, ſed non fragrantia: prout ſunt plura brutorum excrementa, humanæ vero nunquam talia redduntur, quamuis odorifera ſumantur:

tamen

tamen non excernuntur, vt omnibus ſatis eſt manifeſtum: de vrina ſecus eſt dicendum, A nam ex aſſumptione terrebintinæ, odorifera redditur, prout pluribus, & ſi non omnibus manifeſtum eſt: viſu conſiderantur, ſecundum differentias omnium colorum, tàm extremorum, quàm mediorum, de quibus diffusè ſupra de nutriente: Auditu quod cum ſono, aut crepitu, aut ſine ſono, & crepitu. Septimo ſecundum quòd talia excrementa, ſunt ſimilia, aut diſsimilia.

4 Conſiderantur per modum relationis, B quæ relatio, poteſt perfici per omnia prædicamenta; vt in prædicamento ſubſtantiæ, ſi fuerint eodem modo craſſa, quando aſpiciuntur, referendo partem ad partem. Quæ partes tamen fuerint vnica expulſione eiectæ, aut referendo vices ad vices, aut ad quãtitatem, & qualitatem, vnius expulſionis, cũ alia. Hæc ſatis ſint ratione omnium prædicamentorum, & contentorum in ipſis, prout vnuſquiſq; in inſpectione ipſarum fęcum, in C memoriam reuocare debet ea omnia, quæ de fęcibus ſunt neceſſaria, & ea conſiderare, inuicemq; referre, ſecundum plures, aut pauciores excretiones.

5 Per modum tẽporis, vt ſi noctu, aut diu, aut ſecũdum quatuor diei naturalis partes, vt in veſperis, media noćte, mane, & meridie;

aut ſecundum partes harum partium: aut ſe-
A cundum diem naturalem; aut plures, aut heb domadas, aut plures. Nam vidi aliquem per dies quindecim, nunquam excrementa fœcalia eieciſſe, qui ſemper nutrientia aſſumpſerat: Cum vero modicum quoddam excreuiſſet, die ſequenti obijt.

6 Per modum habitus, conſiderantur fœces, quando circumvolutę ſunt quadam ſu[illegible]ſtantia ad ſimilitudinem omenti.

7 & 8. Per modum ſitus, & vbi, ideſt [illegible]-
B ne loci, ex quo exeunt; cum per os a[illegible]uando exeant, vti voluulo, aut alia parte [illegible]x cauſa alicuius vulneris, & non per ſed[illegible].

9 & 10 Per modum actionis, & [illegible]ſsionis: nam aliquando, cum exeunt, facile mutãtur, aut diu perdurant, vt expulſæ fuerunt.

Supereſt, vt ſatisfaciamus quinto propoſito, nempe ponere ea, quæ conſideranda veniant pro vera inſpectione.

Primo itaq; debet videre medicus, an ſimul
C cum excretis ſint aliqua extrinſecus admixta; nam ex accidenti plurima poſſunt miſceri: & an ſit copia aquę ſimilis, cum ſoleant mulieres aquam vaſis imponere, ratione grauiſsimi odoris fęcum, aut quouis accidente aliquid fuerit immixtum.

Secundo, an ſimul cum fęcibus, ſit ſanguis menſtruus, aut hęmorrhoidalis, an aſcarides,

& lumbrici, aut quid aliud, quod per os aſſumptum fuerit, & coctionem effugerit, aut tranſmutationem; vt ſunt acini vuarum, granatorum, & glandulæ ceraſorum, aut alterius fructus. A

Tertio, an ſint aliqua, & potiſsimũ in pueris, qui imprudenter ſolent deglutire numulos.

Quarto, an ſint vnica vice eiecta excrementa, an pluribus vicibus, & vno vaſe collecta.

Quinto, quo in loco fuerint ſeruata, ſoli, an aeri fuerint expoſita. B

Vltimo, ſatisfaciendum eſt ſexto in ordine propoſito; nempe declarare, quænam ſint ſignificationes. Quod licet arduum videatur, nihilominus in gratiam ſtudioſorũ, enitar nonnulla in medium adducere, quæ reſpiciunt partem ſimpliciorem magis, cum fœtum ſignificationes ad compoſita, non ſolum difficile, ſed impoſsibile ſit reducere. Exordientes à prædicamento ſubſtantiæ, dummodo non fuerint ex propria natura nutrientis. C

1 Craſſa, ſignificant inſignem attractionē venarum meſenterij, & aliorum membrorũ, aut defatigationem, aut calorem vehementem, & potiſsimum febrilem; ſic etiam dura, idem ſignificant; quòd craſſa aliqui aſſerunt, ſigni-

A ſignificare etiam copiam ſolidi potius, quã liquidi nutrientis: liquida, mollia, contra.

2 Aſpera, inſignem caliditatem, membrorumq; ſolidorum neceſsitatem, nec non leuem nutritionis indigẽtiã: quę contra lenia.

3 Viſcoſa, pituitoſa, non modicam pituitæ redundantiam; quemadmodum fluxibilia, & aquoſa copiam ſeroſitatis.

4 Chimoſa, obſtructionem in venis meſenteris, vti etiam chiloſa, epatis oppilatio e.

5 Spumoſa, humorum ebullitionem agi B tationem, ac feruorem, aut ſpiritus f tuoſi commixtionem; vti ampulloſa, & eritia vermes.

6 Lutoſa, inſeparationem partium.

7 Oleaginoſa, colliquationem ſolidorum, vti etiam pinguia.

8 Glutinoſa, viſciditatem, ac difficilem attractionem venarum.

9 Purulenta, fœcum putrefactionem.

10 Lactea, & pituitoſa, pituitæ dominium, C & inconcoctionem.

11 Sanguinea, ſanguinis regurgitationẽ, à ſua ſede.

12 Billioſa, copiam bilis recurrentis ad ieiunum, aut icteritiam flauam.

13 Melancholica, atri humoris copiam, aut icteritiam nigram.

14 Carnea, ramenta inteſtinorum, & exulcera-

cerationem. Et cum varii ſint alui fluores; vt cum ſimilia alimentis redduntur, vt in lienteria, quæ eſt excretio comeſtorum, in eadem qualitate, & quantitate, ob ſtomachi imbecillitatem; in diſenteria, quæ fluxus ſanguinis eſt, cum exulceratione, & excoriatione inteſtinorũ: in diarrhęa, quæ eſt fluxus humorum diuerſorum colorum; & cerebalis fluxus virulentus ex rheumate, cum excoriatio[illegible]e à bile aſſata. Et alij quamplurimi fluxus, [illegible]gnificantes ſupra propriam materiam Aui.t[illegible] nen 16.3.tra.1.cap.2. ex membris, ex ſtomac[illegible]o, ex venis meſenterij, ex epate, liene, capi[illegible], inteſtinis, ex totoq; corpore, fieri aſſerit, ne[illegible] non de fœcum ſignificatione plura ponit. 1.par.cant.tra.2.cap.32. & 2.1.doc. 3.cap.12.& 2.4.tra.1.cap.87. A B

10 Quid ſignificent excremẽta continua, aut diſcreta, more pecudum, poſitionemq; habentia, aut non, apud autores non ſic de facili inuenitur; dicere tamen auſim; quòd continua, minorem humorum attractionem & calorem; diſcreta maiorem, ſignificant: C æqualia, verò, & inæqualia, diuerſas caloris actiones, & membrorum attractiones oſtendunt, nec non quòd diuerſis temporibus natura lędatur, vt non poſsit vno modo agere; vnde excrementa, partim ſolida, partim liquida redduntur; quid multa, pauca, & medio-

A diocria, clara eſt doctrina. Aui. 16.3. tract. 4. cap. 33. cibi nãq; plurimi humidi poſt quàm bibitur, egeſtio plurima eſt: & eius contrarij, egeſtio pauca, & quando ſubtile magnifice expellitur ad epar, egeſtio minuitur; quando non expellitur, multiplicatur. multa, aut pauca excrementi cauſa refertur à Gal. 3. ſimp. cau. 2. & minor fit, quàm pro multitudinis comeſtorum ratione deiectio, cum ex ipſis in corpus plus eſt diductum: contra plus quàm pro aſſumptorum portione deij-

B citur.

11 Excrementa qualia, quid ſignificent, omiſsis tribus ſpeciebus; nam qui habitu ſunt cholerico, croceas habẽt, aut qui diſpoſiti ſunt ad talem habitum; ſic & etiam, qui ex naturali ſua impotentia non valent nutrientia tranſmutare; nam non videntur immutata ea, quæ aſſumuntur; nec ſic de facili diiudicantur; cum ſemper eãdem retineant formam, aut quòd non ſit in vſu iudicium,

C ſolum ergo laborabimus in ponendis ſignificationibus paſsibilium qualitatum, & primo à tactu.

12 Si fuerint calida, intenſum calorem, aut atræ bilis, & flauæ copiam, ſignificabunt.

13 Frigida, ſecus, & pituitæ copiam, potiſsimumque poracea ſicca, redundantiam vrinæ, aut ſudoris, aut laborem, aut re-

ſolutio-

ſolutionem, igneumq; calorem, & multam moram in inteſtinis, Aui. 19.3.trac.2.cap.19. A
Humida contra.

Compoſitæ qualitates compoſitas ſignificationes habent, nec non, quæ per gradus, & ſecundum magis, & minus, prout magis accedunt principio principij, & alijs partibus, varias habent excrementorũ ſignificationes: hæc iuxta primas qualitates, iuxta ſecundas.

14 Denſa, ſummam aduſtionem, & attractionem venarum, nec non defatigationem, B
vt rara contra.

15 Aſpera, etiam idem ſignificant, ſed ſecundum eſſentiam differunt, nam ſuperficiẽ rugoſam, & inæqualem habent, & ſunt ſicca valde, ac dura, & ſolida; Eas ſolemus aſpicere in febribus, ex acutiſsimo calore genitis, lęuia contra.

16 Fętentia, malam concoctionem excrementorum. Gal.3. Aphor.26. apoſtematiſq; ruptionem, & corruptionem complexionis, C
in membris. Aui. 14.3.tract.4.cap.1. conſumptionemq; totius, & putredinis indicium vehementis: non fętentia contra, ſed non ſemper bona.

17 Alba, copiam pituitæ, oppilationem in meatibus ciſtis fellis, & mala. Gal.2.pror.28.

18 Nigra, mortem, & atræ bilis miſcelam, per-

A perniciosaq; eſt. Gal.3.in 1.pror.36. 4. Aph. 31.

19 Liuida, vt nigra, vbi vero modicè, modica permiſcentur, partium internarum, mortificationem.

20 Viridia, caloris extinctionem, vt etiam ſubviridia, fuſca, rubiginoſa, biliſq; vſtionẽ, & vehementem conſumptionem.

21 Rubea, ſiue ignea, calorem igneum, & bilis multitudinem.

22 Poracea, malitiam, non leuem.

B 23 Crocea, parum differt à viridia, ſubuiridia.

24 Verſicolor, naturam multos inimicos habere demonſtrat, ac varijs affectibus corpus eſſe obnoxium.

25 Rufa, ſubrufa, bilis defluxus, in ventrẽ oſtendit.

26 Similis loturæ carnis, epatis, debilitatem. Aui. 14.3. trac. 2. cap. 1.

27 Similia corticibus lupinorum, & vaccino ſtercori, mortalia.

C 28 Si cum ſono, ſtrepitu, rugitu, ventoſitatem, flatuoſitatem.

29 Cito exeuntia, ſignificant motum corporis, mordacitatem, & compunctionem, Gal. cauſ. ſymp. 3. Apho. 2. aut id eſſe ratione meſeraicarum venarum, non ſurgentium, & attrahentium, aut ratione nocumenti inteſtino-

ſtinorum; aut fellis abundantia, irritans euacuationem. A

30 Cito non exeuntia frigiditatẽ: 4. locis. aff. 5. aut difficultatem digeſtionis nutrientium, aut virtutis expulſiuæ debilitatem, nec non, virtutem debilem lacertorum, & debilem virtutem inteſtinorum. Aui. 16. 3. tra. 4. cap. 32.

31 Si fuerint inuoluta, admodum raticellæ, pituitæ dominium.

32 Si ex ore exierint, mortis ſignum.

33 vellicantia, & mordicantia, copiam atræ bilis, & flauæ. B

Huiuſmodi fęcum ſignificationes deſumpſi à Gal. progn. 13. & 1. de criſib. 11. nec non ab Aui. 2. 1. doc. 3. cap. 13. & 2. 4. tra. 1. cap. 79. & 1. cant. 320. ex paulo. 2. lib. 13. cap. ex Aetio. 5. ſerm. 45. ex Trinca. in prog. Hip. 13. & plura ex Hier. Merc. de excre. fœcal.

34 Spumoſa, omnino mala, 2. in 1. pror. 18

35 Multa deiectio, ſine ſignis coctionis, mala, & pernitioſa. ſup. 48. C

36 Aquoſa, alba, pallida, aut admodum rubea, deiectio mala: ſup. 3. in 1. 1. Gal.

37 Subliuentia, ſuſpecta: ſup. 15.

38 Limoſa, ſubliuida, epatis affectionem demonſtrat. ſup. 61.

39 Sanguinea, bilioſa, & fętida, mala ſunt. 7. Aph. 66. Gal. Hęc de excremento fœcali.

DE.

A

DE SVDORE. Cap. XLVIII.

CONSEQVENTER de tertio excremento, quod per cutim extruditur, eſt habendus ſermo. Eundem ordinem quo ſup. Primo quid nominis: ſecundo proprium nomē colligemus, de quo in præſenti ſumus
B tractaturi: tertiò quid rei: quarto quo modo generetur: quinto quot modis diuidatur: ſexto ſignificationes. Quòd ad primum, huiuſmodi ſortitur nomina, halitus, tranſpiratio, perſpiratio, perflatus, difflatio, ſudor, græco etiam nomine hydros, vltimò pilus, vt Gal. 1. ſanit. tuend. 12.3. cauſis ſymp. 2. 2. diff. feb. vlti. 2. temp. circa med. 4. Apho. 37. Ex his ſudorem conſiderabimus, vti magis neceſſarium noſtro tractatui: quid ſit, oſten-
C ditur à Gal. 1. nat. facul. vlti. de atra bile 2. 1. ſani. tuend. 12. 10. ſimp. med. facul. vlti. de ſudore: quòd ſudor nil aliud eſt, quàm excrementum humoroſum tertię digeſtionis, ſenſibile, & confeſtim, ac violento motu, per poros cutaneos emanans, ac erumpens, à calore ſolutum. Generatio ſudoris poteſt in hunc modum deſcribi: expulſo ſanguine ab

epate,

epate, in venam cauam, & per venas emulgentes attracto aquoſo humore, qui ſanguinis vehiculum dicitur, ſed non omni, quod remanet in ſanguinea maſſa fungens eodem officio, ad membra defertur; hinc cum non poſsit tranſire in ſubſtantiam nutriti, per poros cutaneos erumpit violento motu, ſolutus à calore: ſed quia calor eſt ita acris perſæpe, ac mordax, vt non ſolum ſoluatur talis humiditas aquoſa, ſed etiam colliquentur m[illegible]bra. Vnde quid, ſub nomine ſudoris gene[illegible]tur, vt eſt videre in febribus adurentibus, & membra colliquantibus. Hanc ſudoris g[illegible]erationem colligimus, ex Gal. 4. vſup. 6. c. [illegible] ſymp. 2. 10. ſimp. med. facul. de ſudore, & 3. cauſis ſymp. 2. poteſt commodè diuidi pluribus modis, prout ex Gal. 3. cauſ. ſymp. 2. & 1. prog. 29. De ſudore: Sufficiat, vt diuidatur in naturalem, & præter naturam, tàm à cauſa agente, quàm materiali, ideſt calore naturali, aut præter naturam, & aquoſa humiditate, aut membrorum colliquatione. Ex tali diuiſione poſſunt fieri plurimæ conſiderationes, tàm ſimplices, quàm compoſitæ, prout partes diuiſionis poſſunt per ſe, aut coniunctæ conſiderari: ſupponatur quòd ſit à calore naturali, & aquoſa humiditate; certè latere non debet, quòd per omnia prædicamenta poteſt fieri conſideratio,

A B C

A prout in medica facultate præſtantiſs. Merc. tractat lib. de excrem. lib. 3. ex quo per quàm plurima deſumpſi.

Per modum ſubſtantiæ, conſideratur vt ſi fuerit craſſus, viſcidus, tenuis, fluxibilis, ſanguineus, pituitoſus, attrabiliarius iuxta duas ſpecies; nec non ſecundum omnes modos ſubſtantiæ, vt latius de vrina dictum fuit, & ſi non immediatè, ſaltem mediate.

Per modum quantitatis, vt multus, paucus, & mediocris.

B Per modum qualitatis, licet maxi[illegible]a difficultate; etſi mihi videtur, quod per omnes ſpecies, & ſpecierum partes fieri [illegible]ſit. Tamen nonnulla erunt, inter ſpecie[illegible] magis neceſſaria, quarum hæ præcipuè conſiderantur: nempe à viſu, ſecundum contrarias differentias, & medias, quæ accedere poſſunt magis, & minus, ad vnam contrariarum: vt ſi fuerit albus, niger, rubeus, ſubrubeus, flauus, ſubflauus, ſubalbidus, ſubniger; à tactu C ſecundum primas, ſecundas, & tertias qualitates, vt cal. frig. hu. & ſicc. attrahere concoquere, glutinare, carnem generare. Gal. 6. comp. medi. per gene. cap. ægyptia, & ſi idem Gal. 1. elem. vltimo duas recenſeat, quarum prima communis, ſecunda propria dicitur, vt etiam confirmat. 1. nat. hum. 8. 1. alimen. facul. 1. propè finem, nec vero ſatis fuerit, & reli-

reliqua.3. imp. med. facul.16. Quæ ſic inuicem continuari poſsint: explicitè, & implicitè, implicitè vbi duæ, & vbi tres: explicitè, vt à guſtu, dulcis, amarus, & omnia media, quæ ex dulci, & amaro cōponuntur, ab odore, vt fœtidus, vel ſine fętore; ab auditu non memini me videre ſudoris qualitates; nec tamen reticebo quòd in eruptione ſudoris, in quadam ægrotante, ſudor eo impetu erumpebat, vt perciperetur quidam ſonus, veluti c[illegible]ſus, quiq; ſibilum præferebat, ad ſimilitudinem vndarum, quarum colliſione emergit ſpuma. A B

Per [illegible]odum habitus, quis dubitat cum ratione h[illegible]itus, etiam ſudores veniant.

Per modum temporis, ſi velim omnes modos enumerare, vt tā in ſanis quàm in ęgris apparent, in immenſum protraheretur opus. Hæc igitur ſufficiāt: ſudor præterea eſt diurnus, nocturnus, matutinus, meridialis, veſpertinus, nocturnus, quemadmodum magis accedit ad has partes: ante cibum, & poſt cibum; in principio morbi, ſiue augmento, ſtatu, & declinatione, vniuerſali, aut particulari, in principijs acceſsionum, & iuxta alia tempora, tàm vniuerſalia, quàm particularia, ante motum, in motu, poſt motum: inciꝑiendo, perſeuerando, deſinendo, per longum, aut breue temporis ſpatium; Hæc de C

A tempore reliquæ diuiſiones poterunt ex his colligi.

Per modum ſitus, & vbi, vt ſi fuerit vniuerſalis, à planta pedis, ad verticem, aut in vna ſaltem parte, vt in fronte, pectore, manibus, pedibus; nam ſunt qui manibus ſudãt, tàm copioſè, & facilè, vt ſit mirum dictu.

Per modum actionis, & paſsionis, non quod ſudor patiatur propriè, ſed quòd inferat quandam triſtem ſenſationem, & perturbationem corpori, & ſic corpora p[illegible]ntur,
B & contra.

Per modum relationis, tot modis prout de ipſo conſiderationes fiunt, & r[illegible]erri poſſunt. Reſtat vt diſſoluamus, qu[illegible]d quinto propoſuimus, nempe ſignificationes diſtinguere, quæ non multum diuerſa ſunt ab ijs quæ de vrina dicta fuere; & conſideratur ſudor in eo, quòd.

1 Craſſus, & ſignificat copiam humorum viſciditatem, & glutinoſitatem ipſorum, &
C præcipuè pituitæ, humoreſq; eſſe in profundiori parte corporis.

2 Tenuis, potius bilem, nec non caloris magnitudinem extenuantem humores; quòd ex anguſtia meatuum cutis perueniat minimè adſcribere poſſum, cum latitudo craſsitiem non arguat, aſcribereq; humores eſſe in ſuperficie. viſciditas ſudoris, ad craſsitiem, flu-

fl[illegible]ibilitas ad tenuitatem reducitur.

3 Sanguineus, laxitatem cutis, aut caloris natiui defectum; ex Ariſt. 3. par. anim. 5. aut motus vehemens ſpirituum, aperientes ora venarum, & ſimul exit ſanguis Gal. de vtilit. reſpiratio. A

4 Bilioſus, bilis abundantiam, vti in ictericia flaua, & atra.

5 Aquoſus, pituitam, aut quia nihil ſudori de humoribus admiſcetur: hi per modum ſub[illegible]ntiæ dicta ſint, cum magis ſint in vſu.

6 Multus, raritatem pororum corporis, excrementiq; tenuitatem, aut abundãtiam, aut alio[illegible]m excrementorum defectus, in eorum euac[illegible]atione. Gal. 3. cauſ. ſymp. 2. & diff. ſymp. & virtutis in ſudoris expulſione maxima cum vehementia, vna cum calore inſigni, ſed non violento. Aui. 2. 4. tra. 1. cap. 66. multus ſit cum vaſe colligi poſsit. B

7 Paucus, excrementi inopiam, humorum craſsitiem, viſciditatem, glutinoſitatem, cutis meatuumq; anguſtiam, aut obſtructionẽ, aut continentiam carnis, & pinguedinis, aut natationẽ aluminoſæ aquæ, aut vehementiã caloris, & magnitudinẽ, vt in febribus adurentibus, & ardentibus, vna cum feruidi humoris permixtione. C

8 Moderatus, moderata oſtendit.

9 Calidi ſudores, feruidos, bilioſoſq; hu-

A mores oſtendunt.

10 Frigidi, abundantiam humorũ frigidorũ, qui ſint adeò frigidi, vt nec calore naturali, aut febrili poſsint calefieri; calorẽq; intra recurſum habuiſſe. Gal. 4. Aph. 37. & eius extinctio medio modo ſe habent.

11 Albus, vt lac, pituitam: niger, atram bilem: rubeus, ſanguinem.

12 Subrubeus, flauus, ſubflauus, flauam, bilem, ſecundum magis, & minus.

13 Subalbidus, pituitam, cum bile mixtio-

B nem.

14 Viridis, bilem poraceam, aut atram, cũ mixtione pituitæ.

15 Dulcis, oleaginoſi humoris reſolutionem, aut colliquationem pinguedinis, & membrorum; ſanguiniſq; euacuationem.

16 Amarus, bilis aut bilioſi humoris permixtionem. 4. ſani. tuen. 4. Gal.

17 Salſus in ſummo, quid terreſtre, & cinericeum: ſalſus moderatus, naturalem ſtatum

C demonſtrat.

18 Acris, ſeu acidus, atram bilem.

19 Fœtens, inconcoctionem, putredineq; humorum. Non fœtens, nullam permixtionem alterius humoris.

20 Cum ſono erumpẽs, multitudinem humoris, & caloris vehementiam.

21 Si ab habitu ſumatur, ſimul cum conſidera-

deratione ſignificatio.
22 Diurnus,aeris raritatem, & cibi copioſam aſſumptionem,& præcipuè vini potētis. A
23 Hyemalis, ciborum repletionem,caloris interni acuitionem, nocturnus idem vt hyemalis.
24 Aeſtiui,cutis raritatem,aeris caliditatē.
25 Matutinus, quid ſignificet, mihi non licuit videre apud autores. Meridialis,vt diurnus, nec non calorem agere in humiditatibus, tertiæ digeſtionis. Veſpertinus, ſapit naturam nocturni,ideſt cum ſomno,ex nulla B manifeſta de cauſa, plus alimenti ingurgitaſſe, q[illegible]m vires tolerare poſsint; aut indigere tali corpora euacuatione. Aui. 2. 4. tra. 1. cap. 68.
26 Ante cibum, alimēti indigentiam: poſt cibum,ventriculū laborare in cōcoquendo.
27 In principijs morborum, humorum abundantiam oſtendunt, aut naturæ imbecillitatem, Trinc. de feb. peſt. foli 152. C. & malus potius iudicatur. In augmento, naturam aggredi materiam morboſam; nec bonus, aut malus. In ſtatu bonus, ſi fuerit cum virium robore, & præcipuè in fine ſtatus. In C declinatione, reliquias humorum reſolui à calore, & virtutis fortitudinem; ſic etiam, ſi apparuerint ſudores in acceſsionibus particularibus,iuxta quatuor tēpora iudicabitur.

A 28 Critici omnes boni,& præcipuè,ſi fuerint in toto corpore, & cum alleuiatione morbi.

28 In motu, ſignificãt humorum copiam, & virtutem validam.Poſt motum,caloris fortitudinem,& humorum ſuperfluorum expurgationem.

30 Si longo tempore perdurauerint, vna cum virium robore boni,& ſalubres, ſecus ſi fuerint cum imbecillitate virium: incipientes, calorem agere in materiam nocuam.

B 31 Perſeuerantes, in eam explodendam conſtantiam:deſinentes,defectus virtutis, & humorum paucitatem.

32 A toto corpore,bonitatem:à parte,malignitatem oſtendunt. 3.pror.35.

33 Triſtem ſenſationem inferens, humorum acredinem,aut nimiam reſolutionem,ſi non triſtem ſenſationem,contra.

34 Præter has ſignificationes, etiam nonnulla notanda ſunt, quæ & ſi non immediatè

C ad enarrata reducũtur, mediatè reduci poſſunt:vt ſi in capite, & ceruice, & ſi fuerit frigidus, ſyncopen minatur, ſi verò fuerit febris acuta, mortem, aut morbi longitudiné.

35 Dorſales ſi fuerint, minorem copiam canalium. In pectore, maiorem copiam. In capite, propter laxitatem cerebri fiunt, & præcipuè, in parte anteriori.

36 Sudor

36 Sudor eſt expectandus, in febre ardente, ad morbi ſolutionem, Aetius 5.ſer.ca.50. A

37 In pulſu vndoſo, ſudorem expectare debes.

38 Si fuerit ſuperfluus in vltimo, & cum caſu virtutis mortem pronunciat, & ſi fuerit paucus oppilationem.

39 Stante ſudore, non conuenit purgatio, aut venæ ſectio. Aui. 2.4.tra. 1. cap.71.

40 Criticus ſudor, non eſt reſtringendus. Aui. 1.4. tra. 2. cap. 13.

41 Sudor die decretoria bonus, ſunt autẽ B dies decretorij. 7.14.20.27.34.40.47.54.60.67.74.[illegible].87.94. 100. Indicantes vero 4. 11. 17.24.3[illegible].37.44.51.57. 84.91.97. ex incerto autore.

42 Sudor ſit ne naturalis, an ſecus Truſ. 2. artis med. 95. circa medium, & Odus in eodem libro folio 383. diſſoluit queſtionem.

43 Sudor reduci poteſt ad plures cauſſas, ad repletionem. ſ. & multitudinem, copiãq; humiditatum, & pororum dilatationem, virtutis fortitudinem, & defectum, motus vehementiam, alimentorumq; proprietatem. C

44 Sudor, ratione coloris dignoſcitur ex infectione linteaminum, prout ſudor eſt, ita & linteamina colorata, multa colligimus ex Gal. locis citatis, & ex Aui. 2. 4. tra. 1. cap. 70.71. & 1. cantico. de ſudore.

A *DE SPVTO, ATQVE EIVS partibus. XLIX.*

SVPEREST, vt verba faciamus de quarto excremento, quod per os excernitur nomine ſputi, quod exponentes dicimus primo quid nominis: ſecundo quid rei: tertio quot ſint eius partes: quarto qui conſidera-
B tionum modi: quinto ſignificationes: quibus adiungemus nonnulla conſideranda, in earum inſpectione. quòd ad primum dicimus his nominibus appellari; ſputum, ſcreatum, ſcreatio, fluxio, defluxio, deſtillatio, ſeu diſtillatio bronchus, catarrus, rheuma, ſpuma, ſpuitio, ſaliua, ſputamen, prout Gal. 2. prog. 43. 49. 56. 3. Apho. 12. 3. cauſ. ſymp. 4. 2. Aph. 43. licet igitur variam ſortiatur nomen claturam; in præſenti tamen, nos nomine ſputi
C omnia compræhendimus: cunq; duplex ſit; naturale, & præter naturam, quod ore excernitur; nos de præter naturali, & non naturali loquimur, cuius eſſentia talis eſt: ſputum eſt excrementum humorum in tertia concoctione genitum, & per os expulſum; & tali diffinitione ſeparatur à ſudore, quia per os expuitur; ab vrina, quia in tertia cõcoctione, &

ab

ab excretis fęcalibus, quæ in prima concoctione eijciuntur; partes ſupra diximus duas eſſe; vnam naturalem, alteram præter naturam. Quot ſunt ſputi partes, tot ſunt eius cōſiderationum modi, quod in quarto promiſimus: modi autem conſiderantur, prout etiam diximus de ſudore, & reliquis. A

Per modum ſubſtantiæ, vt craſſum, tenue, ſanguineum, & iuxta enarrata: per modum ſubſtantiæ ſuperius, eò recurre.

Per modum quantitatis, vt multum, paucum, & mediocre. B

Per modum qualitatis, per omnes ſpecies, & ſpecierum diuiſiones, & conſiderationes, & præcipuè iuxta quinq; ſenſus: nam ſentitur, odore percipitur, guſtatur, cernitur, & in expellendo ſonus auditur.

Per modum habitus, vt talem habitum ſortitur, nam cholerici bilioſum, pituitoſi craſſum, & id genus, vt virilis, muliebris.

Per modum temporis, primò ratione partium diei, & demum partium ipſarum: ſecundo ratione eorum quę componuntur ex his, & ſuccesſiuè; vt hebdomada, menſis, annus, & reliqua: tertiò ratione temporum morborum, & diuiſionum ipſorum: quarto vt ante cibum, poſt cibum, & perſæpe in cibo: quinto ratione concoctionis, & cruditatis, aut medio modo ſe habentis. C

Per

A Per modum ſitus, & vbi, vt ſi à toto, aut à parte; vt à capite, thorace, & faucibus.

Per modum actionis, & paſsionis, vt ſi de facili medicamentis cedit, aut de difficili; aut ſi in expuitione triſtem ſenſationem, aut non inducit.

Per modum relationis, ſecundum omnes conſiderationes, tàm genericas, quàm ſpecificas, & indiuiduales omnium prædicamentorum; & prout ſecundum eſſe, aut dici conſideratur: quòd non ſolum arduum, B ſed impoſsibile eſt ſcriptis mandare. Ea prudenti medico conſideranda relinquuntur; ſequuntur ſignificationes; incipiẽtes ab his, quæ per modum ſubſtantiæ conſiderantur, dicimus.

1 Quòd craſſum ſputum, tamen moderate concoctionem indicat: excedens in craſsitie tardam, & difficilem diſſolutionem, & rebellem concoctionem, morbiq; longitudinem, & tarditatem.

C 2 Tenue, ſubtilem, & leuem humorem, ac aquoſum, morbiq; diuturnitatem, membrorum imbecillitatem.

3 Nimis craſſum, & tenue nimis, malum, & exitiale: viſcidum, tenax, & glutinoſum, præter ea, quæ de craſſo ſputo dicta ſunt in pleuritide, & peripleumonia, mortem, & inutilia ſunt ea ſputa omnino.

4 Spu-

4 Spumoſum, pituitam putreſcere, & calorem inſignem ad eſſe, aeriſq; miſcellam, & motum. A

5 Sanguineum, ſanguinem: bilioſum bilẽ: & ſic pituitoſum, pituitam: atrabiliarium, melancholiam, & omnia pernicioſa.

6 Fluidum, ſubtilitatem, humorumq; aquoſitatem, indigeſtionem, cruditatem.

7 Permixtum, ſemper prauitatem demonſtrat.

8 Impurum, & impermixtum ex ſe bonũ, in pleuritide, cruditatem, & ſic etiam in peripleumonia. B

9 Multum, in affectionibus pectoris bonũ, & virtutis fortitudinem, in educendo nocuum, nec non cerebri frigiditatem, humid. & ventriculi imbecillitatem, caloris, & ſpiritus agitationem in humidum, & animum ad coitum. Paucum, ſemper malum in ſuprascriptis affectibus, & ſi retineatur mortale. Mediocre medio modo, ſe habet.

10 Rotondum, delirium, Gal. 3. in 6. vulg. 36. perſæpe demonſtrat, & inutile. de criſib. Gal. 1. cap. 5. globatum, peſſimũ. C

11 Album, ſimpliciter bonitatem, & ſalubritatem. Candidum, inutile.

12 Nigrum, ſemper prauitatem, & mortẽ, & omnium ſputorum peſſimum: Gal. 1. de medicaſt. 1. 1. criſib. 5. 2. in 1. pror. 27.

13 Flauum,

13 Flauum, meracum, periculoſum, & corroſibile.

14 Rubeum, malum, vti ſanguineum. Gal. 4. Apho. 25. ſubalbidum, ſubnigrum, ſubpallidum, pallidum, ſubrubrum, cruditatem, inconcoctionem, virtutiſq; imbecillitatem.

15 Viride, malignitatem, & mortem: croceum, bilem, & ſæpe exulcerationem, malū: rubiginoſum, malum: fœtidum, ſemper malum, & exitiale. Gal. 5. Aph. 11. Non fœtidum, laudabile.

16 Salſum, crudum, & ſi cum vlcere pulmonis, inſanabile, & mortale, & ſi ſine vlcere periculum, ne incurrant: dulce, bonitatem, & ſanguinis dominium. Amarum, mortem, & vehementem aduſtionem: inſipidum, ex ſe bonum.

17 Calidum, humoris mordacitatem, & caliditatem, ac putredinem, & potiſsimum quando putreſcit bilis. Frigidum, pituitæ abundantiam.

18 Sonorum, ſpirituum multitudinem, aut partium oris vitium: Inſonum, laudabile.

19 Et ſi de facili educitur, ſalubritatem, ſecus inſalubritatem. 1. de criſi. 5.

20 Si violento motu, ſpiritus vehementiā.

21 Vrile, magis pallidum, & minori copia muliebre, minus pallidum, & in maiori copia.

22 Ante

22 Ante cibum, ſtomachi in concoquendo debilitatem, & humorum cruditatem. Poſt cibum, cerebri repletionem. A

23 Matutinum, aggregationem humorũ, ex mala concoctione, tàm primæ, quàm ſecundæ, & tertiæ digeſtionis: Veſpertinum, idem ſignificat, ſi aſſumptum fuerit alimentum in prandio, & à cæna ſint ſeptem, aut octo horæ: Meridionale, ſtomachi frigiditatem, & cerebri, nec non epatis inſignem caliditatem, ſimul & cordis: Nocturnum, idẽ ſignificare videtur: ſed deterius, & maiorem humorũm copiam, nec non membrorum intemperantiam. B

24 In principijs morborum, naturam, aggredi nocuam materiam in concoquendo: in augmento, auctio naturæ, in materiam: in ſtatu, naturam ſuperare materiam: in declinatione, iam ſuperaſſe nocuam.

25 In principijs acceſsionum, augmento ſtatu, & declinatione particularium, idem, quod de temporibus morborum. C

26 Concoctum, morbi deuictionem, ſed non abſolutionem: crudum, morbi victoriã. & naturæ debilitatem: medio modo ſe habens, mediocritatem.

27 A pectore, tuſsi: à ſtomacho, vomitu: à faucibus, ſcreatione educitur, & talia cõſiderãda ſunt, ſecũdũ oẽs modos cõſiderationũ.

28 Quod

28 Quod de facili inciditur, minorem ma-
A litiam: quod de difficili maiorem: quod de facili in craſſatur, minorem aquoſitatem, & caloris fortitudinem, ſi de difficili contra].

29 Si ſimplici expuitione, bonum.

30 Omnia ſputa mala, & pernicioſa, pręter craſſum moderatum, niſi per viam criſis educantur, ſi per ſputa criſis fiat.

31 Sputa omnia dolorem ſedantia, & affe-ctionem remouentia, bona ſaluberrimà, ſecus, ſi alio modo ſe habuerint.

B 32 Expuitio, differt à ſputo, quia impermixta, ſputum raro impermixtum. Gale. 1. criſib. 5. de ſputis plura ex Gal. 1. criſib. 5. 2. prog. 43. Sed quia ſæpe euenit, vt non tàm facile poſsimus cognoſcere, quid terreſtre ſit in ſputo, aut aerium, aut coloratum; ideo ſic erit pręparandum, vt æger ſputum eijciat in vas aqua plenum, nam deſcendendo terreſtre, aſcendendo aerium cognoſcitur; ſic & colorem ex infectione àquę, aut cum aqua
C minimum concolor ſit ſputo, vt in phtiſicis, pulmonis vlceribus, & pleuritide.

DE

DE MVCOSITATE EX naribus proueniente. Cap. L. A

MVCOSITAS, quæ ex naribus prouenit, & coriza etiam nominatur, quæ cerebrum, & partes ipſius ab immunditijs purgat, eaſdem conſiderationes habet, vt ſputum, & ſignificationes: ſic etiam, & ſordes aurium; ſed in modica conſideratione poſita ſunt B noſtris temporibus, licet neceſſaria ſit earũ conſideratio.

DE DIFFERENTIIS lacrymarum. Cap. LI.

DE lacrymis verba facturus, hoc modo procedam: primò quid nominis aperiemus: ſecundò à C quo originem trahant: tertiò nonnullas differentias: quartò quidditatem: quintò conſiderationes: ſextò earum ſignificationes; vna cum nonnullis ſcitu dignis. Quòd ad primum, dicimus ſæpe nomina eſſe huiuſmodi, vapor, ſudor, aqueus humor, lippitudo, lacryma, cerebri aquoſitas, ſu-

A perfluitas, ac excrementum: quæ nomina, & ſi varia ſint, duo tamen ſignificare videntur, vnum bonam, alterum malam cerebri diſpoſitionem: exemplum primi eſt, quando aliqua lætitia perfuſi, lacrymæ apparent; nec in poteſtate affecti letitia eſt, vt cohibeātur: ſecundi quando fiſtula lacrymalis, aut lippitudo apparet, nec ſic de facili à medicamentis remouentur, imò vſq; ad mortem proſequuntur, & præcipuè in illis, qui galica lue correpti ſunt: Non dè lacrymis in B bona, ac optima diſpoſitione apparentibus, erit ſermo; ſed de illis quæ in mala. quòd ad ſecundum, omiſsis varijs opinionibus; nam fuere, qui, (vt refert Gal. de Hiſto. philo.) dixere quòd lacrymæ fiunt ex extenuato, & eliquato ſanguine: alij ex phlegmate coagulato; vt Plato in Tim. alij quod fiant ex materia vrinæ, & ex ſudore; & Ariſ. 5. proble. ſintq; eiuſdem naturæ; alij quando viſcera alicubi ratione quadam occupantur, & perturban- C tur; vapores plurimi in cerebrum mittũtur, qui in eius cauitatibus detenti, in aquam tandem ratione frigoris illius condenſantur; aqua autem facta, vi cerebri mittitur ad oculos, atq; ita extra oculos fluens, lacryma efficitur: alij lacrymas nil aliud eſſe, niſi humoris potulenti portionem, quę in cerebro, veniſq; oculorum, & præſertim venis angu-

lorum

lorum oculi contineantur, quæ aut per compreſsionem, aut dilatationem illarum venarum erumpit: alij ex palpitatione vehementi venarum in angulis oculorum exiſtētium ex quacunq; cauſa; Hec ex Mer. de excre. 3. cap. 2. Alij vero ex nimia humiditate cerebri, per ſe in cerebro genita, aut aliunde tranſmiſſa, à nimia compreſsione, aut dilatatione anfractuum cerebri, in iſtanti genita; aut ex intemperie, liquante, aut coarctante, & in minorem globum conſtringēte ipſum cerebrū, quæ non per aliam partem expellitur, quàm per venas angulorum oculi, aut oculorum; non negantes tamen, quin etiam per affinem malam oculorum diſpoſitionem generari habeant. Hæc de generatione, ac origine dicta ſint: ſequitur vt differentias in medium proferamus: quæ ſic examinantur; vt prima ſit in eo, quòd lacryma vel eſt excrementum, vel non excrementum; cum cerebri excrementa ſoleant expurgari per oculos, nares, aures, palatum, vt Gal. 2. artis med. de ſig. cereb. cal. & 1. ſanit. tuend. penult. & ſi idem Gal. videatur, quòd etiam expurgetur cerebrum per palatum, nares, aures, pectus, pulmones, aſperam arteriam, & fauces, vt 7. meth. vltimo, & de totius morbi tēporibus: ſecundo per nares, & palatum: lacryma vero, nomine, non excrementum eſt, quando

A

B

C

A cum dolore, aut lætitia apparet, quia cerebri natiua humiditas expellitur, vnde nocumenta apparent, mox, & maiora, & minora, ſecundum quòd maior, aut minor copia educitur, & cerebrum patitur: ſecunda erit in eo quòd, aut in plantis, aut brutis, aut humanis reperitur: tertia in eò, quòd prouenit, vel vitio cerebri, mediatè, aut immediatè, aut vitio oculorum, aut venarũ, aut vtriuſq;, mediatè, aut immediatè: quarta in eo, quòd vel natiua eſt, aut accidentaria: quinta in eo,
B quòd vel remouetur, per remotionem ægritudinis, vel inſeparabilis eſt: ſexta in eo, quòd ſpõtanea eſt, prout in mulieribus perſicis, vel non ſpontanea, ſed potius inuita. Supereſt vt ſatisfaciamus quarto, ſi prius dixerimus quid per lacrymam intelligamus ne laboremus in ęquiuocis: per lacrymam igitur intelligimus, quid excrementitij proueniens in ſubſtantia aquoſa, aut ſimili, ſecundum triplicem morbi differentiam; à cau
C ſa interna, aut externa, coniuncta, aut remota, per ſe, aut per accidens, humanæ naturę. Ex his lacrymæ quidditas apparet; nam nil aliud eſt lacryma, quàm excrementum tertiæ digeſtionis, quod per oculos expellitur aquoſum, à cerebro, aut oculis genitum. Accedendum eſt modo ad conſiderationes; dicimus itaque quod lacrymæ eodem modo con-

conſiderantur, prout ſputa, etſi forſitan non ſic adamuſsim, nonnulla ponemus, ne eadẽ ſæpe repetamus. A

Per modum ſubſtantiæ, vt craſſa, tenuis, ſanguinea, pituitoſa, billioſa, atrabiliaria, aquoſa, & reliqua.

Per modum quantitatis, vt multa, pauca, & medio modo.

Per modum qualitatis, omiſsis tribus primis ſpeciebus; de paſsibili, & prout ſenſibus ſubijcitur, erit ſermo: vt ſenſu tactus, calida, frigida, & reliqua: ſenſu viſus, alba, nigra, B pallida, & reliqua: ſenſu guſtus, dulcis, amara, & quæ de illis participant: ſenſu odoratus, vt fœtens, & ſine odore: ſenſu auditus, nulla eſt conſideratio ſenſibilis, vt ab autoribus eius ſit mentio.

Per modum habitus, non admodum manifeſta conſideratio eſt; tamen vt cerebrum, aut oculi ſe habent, ita etiam lacryma.

Per modum temporis, vt mane, aut veſperi, & deniq; ſecundum conſiderationes enarratas ſuperius de ſputis. C

Per modum actionis, vt corroſiua, vlceratiua, & tot modis, quot affectiones exiſtunt ab ipſa.

Per modum paſsionis, quod de facili cedat medicamentis curatiuis.

Per modum ſitus, & vbi, quod à toto, aut

A cum dolore, aut lætitia apparet, quia cerebri natiua humiditas expellitur, vnde nocumenta apparent, mox, & maiora, & minora, ſecundum quòd maior, aut minor copia educitur, & cerebrum patitur: ſecunda erit in eo quòd, aut in plantis, aut brutis, aut humanis reperitur: tertia in eò, quòd prouenit, vel vitio cerebri, mediatè, aut immediatè, aut vitio oculorum, aut venarũ, aut vtriuſq; mediatè, aut immediatè: quarta in eo, quòd vel natiua eſt, aut accidentaria: quinta in eo,
B quòd vel remouetur, per remotionem ægritudinis, vel inſeparabilis eſt: ſexta in eo, quòd ſpõtanea eſt, prout in mulieribus perſicis, vel non ſpontanea, ſed potius inuita. Supereſt vt ſatisfaciamus quarto, ſi prius dixerimus quid per lacrymam intelligamus ne laboremus in ęquiuocis: per lacrymam igitur intelligimus, quid excrementitij proueniens in ſubſtantia aquoſa, aut ſimili, ſecundum triplicem morbi differentiam; à cau-
C ſa interna, aut externa, coniuncta, aut remota, per ſe, aut per accidens, humanæ naturę. Ex his lacrymæ quidditas apparet; nam nil aliud eſt lacryma, quàm excrementum tertiæ digeſtionis, quod per oculos expellitur. aquoſum, à cerebro, aut oculis genitum. Accedendum eſt modo ad conſiderationes; dicimus itaque quod lacrymæ eodem modo

con-

conſiderantur, prout ſputa, etſi forſitan non ſic adamuſsim, nonnulla ponemus, ne eadẽ ſæpe repetamus. A

Per modum ſubſtantiæ, vt craſſa, tenuis, ſanguinea, pituitoſa, bilioſa, atrabiliaria, aquoſa, & reliqua.

Per modum quantitatis, vt multa, pauca, & medio modo.

Per modum qualitatis, omiſsis tribus primis ſpeciebus; de paſsibili, & prout ſenſibus ſubijcitur, erit ſermo: vt ſenſu tactus, calida, frigida, & reliqua: ſenſu viſus, alba, nigra, B pallida, & reliqua: ſenſu guſtus, dulcis, amara, & quæ de illis participant: ſenſu odoratus, vt fœtens, & ſine odore: ſenſu auditus, nulla eſt conſideratio ſenſibilis, vt ab autoribus eius ſit mentio.

Per modum habitus, non admodum manifeſta conſideratio eſt; tamen vt cerebrum, aut oculi ſe habent, ita etiam lacryma.

Per modum temporis, vt mane, aut veſperi, & deniq; ſecundum conſiderationes enar C ratas ſuperius de ſputis.

Per modum actionis, vt corroſiua, vlceratiua, & tot modis, quot affectiones exiſtunt ab ipſa.

Per modum paſsionis, quòd de facili cedat medicamentis curatiuis.

Per modum ſitus, & vbi, quòd à toto, aut

A parte oculi proueniat.

Per modum relationis, tot modis, quot ſunt conſiderationes, vti diximus ſuperius, & iuxta eaſdem conſiderationes. Nunc ſatisfaciendũ eſt illi, quòd vltimò promiſimus, nempe ſignificationes ponere, incipientes à ſubſtantia, dicimus quòd.

1 Craſſa, humorum concoctionem ſignificat, & præcipuè ſi tenuibus ſuccedant, item ambientis frigiditatem, humorumq; craſsitiem.

B 2 Tenuis, cruditatem humorum, & morbi longitudinem.

3 Sanguinea, non reperitur apud autores, ſed venæ plenæ ſanguine, & indicant ſanguinis abundantiam nimiamque caliditatem. Aquoſa cerebri humiditatem: billioſa, atrabiliaria: ſed hæ nunquàm puræ apparuerunt.

4 Multa, ſeu copioſa, capitis repletionem, Gal.3. Aphò.1 1. & mala, nam humorũ abun-

C dantiam, oculorum debilitatem, & imminutionem, aut angulorum refectionem. 5. in 6. vulg. 3. Gale. pauca, melior quàm copioſa: medio modo, mediocritatem demonſtrat.

5 Calida, intenſam cerebri caliditatem, & partium circumiacentium, & mala, 1. de criſib.7. Gal. frigida, contra: ſicca, ideſt denſa, carnis caliditatem, & ſiccitatem, ambientiſ-

que

que frigiditatem, 3. Apho. 2. Gal.

6 Alba, frigiditatem; nigra, intenſam caliditatem; rubra, nõ eſt quòd ſignificet, quia non cernitur, & ſi videtur, copiam ſanguinis demonſtrat: pallida bilem pallidam. A

7 Dulcis, cerebri bonam potius diſpoſitionem, & temperiem: amara, malam diſpoſitionem, & pernicioſa eſt: ſalſa, mala; 1. de criſib. 7. Gal.

8 Fętens, inſignem corruptionẽ: ſine odore, nullam planè habet ſignificationem.

9 Lacrymæ in ſenibus, non facile remouentur. B

10 In morbis, & præcipuè in febribus, malę, nam virtutem cerebri contentiuam debilem demonſtrant, caliditatemque cerebrum exſiccantem; vt in phrenitide.

11 Si ſponte eueniant in ardentibus febribus, ſanguinis profluuium è naribus pręnuntiant; plura ex Gal. 3. Apho. vlti. 4. 52. 1. prog. 13. 2. in 1. vulg. 6. 3. in 3. 47. & 79. 1. in 6. 20. C

12 Corroſiua, acredinem; vlceratiua, exulcerationem.

Et ſi à nobis multæ conſiderationes poſitæ fuerint, quibus nullæ datæ ſint ſignificationes ab autoribus; quæ tamen poſſe conſiderari, non negant; à prudenti viro, ſecundum opportunitatem, ſi conſideratę fuerint,

A etiam eorum ſignificationes inuenientur, aut recurrat ad ſignificationes aliorum excrementorum, & per ſimilitudinem eas inueniet, quæ eadem cauſa à nobis breuitate clauduntur.

DE EXCREMENTO *quod per hæmorrhoidas ſecernitur. Cap. LII.*

B HVMOREM fœculentum per venas hæmorrhoidales euacuari à natura, & ratione huius euacuationis, plurimas affectiones ſanari; prout eius qualitas, & quantitas euacuatur, & non ſolum ictericię, ſed renum affectionibus conferre; & ſi iter intercludatur; multas affectiones oriri, Gal. 6. Apho. 11. & 12. aſſerere videtur; ideo de tali euacuatione, non nulla notanda ſunt: in quibus ſeruabi-
C mus præſcriptum ordinem primò quid nominis; ſecundo quid rei, tertio conſiderationes: quarto ſignificationes ponemus; Quod ad primum dicimus, quòd hæc nomina imponuntur, hæmorrhois, vaſorum relaxatio, ſanguinis profluuium, venarum ſedis tumefactio, mariſcę, hæmorragia; & Trinca. lib. 2. conſ. conſi. 71. Quæ etiam minus parti-

cularitèr nomina indita fuere; veruales, A
vueæ, morales, veſicales: ab Auic. 17. 3 fra.
1. cap. 2. cecęque & apertè dicuntur. Quid
ſint facile eſt ſcire, cum communitèr practi-
ci dicant, quòd hæmorrhois ſiue mariſca,
ſit venarum ſedis inſignis, & repentina tu-
mefactio, ex humoris fluxione, & vt pluri-
mum ab humore melancholico, & aliquan-
do cum fuſione inſigni ſanguinis, & aliquan-
do non. Quomodo conſiderentur, diuerſæ
ponuntur conſiderationes, nam alij tripli-
cem ponunt conſiderationem; vt per modū B
ſubſtantiæ, quantitatis, & qualitatis, alij verò
plura, vt per modum loci, vt intra, aut extra
ſedem, nec non in matricis labijs, alij per
modum temporis; vt periodice, aut ſecus.
Breuiter dicimus, quòd poſſunt conſiderari
iuxta decem prædicamenta, & ſi magis in
quibuſdam, quòd omnibus manifeſtentur,
incipientes à prædicamento ſubſtantię.

Per eius modum ſic conſideratur, nā ſunt
ſanguineæ, pituitoſæ, melancholicæ, & ali-
quando biliosæ, tenues, craſſæ, & id genus, C
prout rem ſubſtantialem ponunt in eſſe:
Trinc. de curand. ratione 9. cap. 14. & 2. conſ.
conſi. 71. ex varijs humoribus hęmorrhoides
gignuntur.

Per modum quantitatis, duobus modis,
aut ratione venarum, aut effuſionis ſangui-

nis:

A nis: ratione venarum, vt parum, aut multum, tum idæ, ratione ſanguinis, in copioſa, aut minima quantitate.

Per modum qualitatis, & ſi, vti diximus de alijs excrementis poſsit conſiderari iuxta omnes ſpecies, tamen magis per paſsibilem qualitatem, & vt talia ſenſibus manifeſtantur, & ſi non omnibus, vt guſtui, auditui, tactui certe manifeſta ſunt: Nam humores qui excernuntur adeò acres, & mordaces ſunt, vt vellicent partes circa ſedem, 6. Apho. 47.

B Gal. ac aliquando calidi, & frigidi, & locum refrigerare valeant: viſu percipiuntur, vt nigri, fuſci, liuidi, & colore ſemper ad nigrũ vergentes, nec non rubri; nunquàm albo colore viſi fuerunt, odoratu, perſæpe adeò fœtent, vt odor corrumpere ſenſum ipſum videatur, & aliquando odore carentes; Ratione habitus, vt citrini, declinantes ad viriditatem; ratione naturalis potentiæ, vt ſi naturales fuerint, aut præter naturam; for-

C ma quæ ipſa non eſt ſpernenda, nec non conſtitutio, Gal. diff. morb.

Per modum temporis, nam aliquando periodicæ ſunt, aliquando non: ſed varijs temporibus fluunt.

Per modum habere, ſecundum quòd naturam patientis oſtendunt.

Per modum ſitus, & vbi, vt intus, aut extra

anum,

anum, & in matricem, vti diximus ſuperius. Aui. 17.3.tra.1.cap.2.& 21.3.tra.4. cap.20. A

Per modum actionis, & paſsionis, ideſt ratione finis, nam ſæpe iuuant, aut nocumenta præbent, & præcipue dolorem: hinc virtus reſoluitur, & maiorem prouocant fluxum.

Per modum relationis, tot fere modis, quot ſunt hæmorrhoidum conſiderationes.

Significationes hymorrhoidales aggrediemur, incipientes ab illis, quæ per modū ſubſtantiæ conſiderantur. B

1 Si ſanguineæ fuerint, hoc eſt declinantes magis ad formam ſanguinis, demonſtrāt ſanguinem abundare, nec regi poſſe ab ipſa natura, ad partemq; ignobiliorem truditur; nempe ad venas ani, hinc venæ ratione multitudinis rumpuntur, ac ſanguis effluit; aut in molem attolluntur, & ratione diſtenſionis, dolor non leuis oritur: pituitoſę, ideſt minus ſanguineæ pituitam dominari; melancholicæ, ſanguinis fæculentiam; citrinę, bilioſum magis ſanguinem. C

2 Tenues, humorum ſubtilitatem. Craſſæ, viſciditatem, & tenacitatem.

3 Multum, aut parum tumidæ humoris paucitatem, & copiam, vti etiam copioſa effluxio, & pauca humoris abundantiam, & paucitatem.

4 Acres,

A 4 Acres, mordaces, vellicantes, calidæ, humorem bilioſum, & melancholicum in cauſa eſſe, & tanto magis, quando acres, & mordaces melancholicum.

5 Frigidæ, nigræ, fuſcæ, liuidæ, malæ, cum virtutis extinctionem oſtendant, niſi varices ſoluantur, aut inſania.

6 Rubræ, pallidæ, non omnino malæ, & præcipuè ſi aliqua euacuatio ceſſauerit, vt hemorrhagia narium, aut menſes ceſſauerint in mulieribus.

B 7 Fœtentes, peſsimæ, virtutiſq; extinctionem, & mortem propinquam. Inodoræ, non bonæ, ſi cum ſignificantibus pernitiem.

8 Apertæ, meliores, quàm cecæ, niſi nimis fluxerint.

9 Citrinæ, vel ad viriditatem declinantes, talem habitum ægrotantis præſeferunt.

10 Naturales, idest à natura tranſmiſſe, naturam grauatam eſſe aliquo humore, & virtutis fortitudine expelli, per ignobiliorem

C partem: præter naturam, omnes malæ.

11 Longæ, acutæ, obliquæ, circulares, ſecũdum quòd magis, aut minus tumidæ ſunt, & quanto maiores, tanto ſalubriores.

12 Periodicæ, naturam euacuare humorẽ peccantem, ſtatutò tempore; periodo carẽtes, naturam ſtimulari nocuo humore.

13 In ſuperficie ani, meliores, quàm intus,

nam

nam hæ ſunt deteriores.

14 In matrice, deteriores, & quanto magis intus, nam virtutis impotentiam præſeferunt. A

15 Molles, minus periculoſæ; tumidæ, duræ: magis periculoſæ, ratione doloris procreantis.

16 Dolorificæ, malæ, quia proſternunt virtutem; ſine dolore meliores.

17 Iuuantes, vt de naturalibus dictum eſt: nocentes, de nocentibus.i. præter naturam.

18 In principijs morborum, malæ, nam materiæ multitudinem, aut maliriam oſtendunt; ſic in augmento, vt in augmento; in ſtatu, prout morbus videtur ſolui, nam morbum ſoluentes bonæ, non ſoluentes ſecus; declinatione, vt in declinatione, & quemadmodum morbi per tempora variantur, ſic etiam ſignificationes variantur, nec non iuxta humorem. B

19 Multas ſignificationes deſumpſimus ex Gal.6.Apho.21.&.47.4.Apho.25.3. Aph.30. nec non diff. ſymp.2. Apho.22. ex Aui.17.3. tract.1.cap.2.21.3.tract.4.cap.20.ex Trinca. lib.conſ.2.conſ.71. de curand. ratio. 9. cap. 14. & ex Gale. de vene.ſectio.contra eraſſ.5. ex Franciſ.Pedemon.proprio cap.ex Aetio. 4.ſerm.5.& 5.cap.49. nec non ex alijs quamplurimis *Autoribus*. C

DE

A
DE EXCREMENTO muliebri. Cap. LIII.

TANDEM extremam manum tractationi excrementorum impoſituris nobis offert ſeſe excrementum, quod proprium eſt mulierum: mox pilorum, in quo, methodum ſequentes, dicimus huic excremento
B muliebri talia nomina attributa eſſe; ſcilicet, menſtruum, fluor muliebris, menſes, purgatio muliebris, nec non euacuatio, & profluuium muliebre, vti Gal. 3. in 3. vulg. 74. & 5. Aphor. 36. 57. 60. & 61. Quid vero ſit declarat. Gale. 13. vſup. 8. dicens quidquid ſuperflui ſanguinis in muliere colligitur, natura ſingulis menſibus, per venas ad vterum pertinentes, id excernitur; & aliquãdo eſt materia ſubſtantialis ipſius animalis,
C 2. de ſem. 2. Gal. nec ex toto genere præter naturam ſunt: niſi ſua quãtitate. 3. cau. ſymp. 2. Gal. inoxiamq; mulierem à varijs affectionibus reddit, ſi ritè purgentur: de venę ſec. aduerſ. eraſſ. 5. Secundæq; concoctionis eſt excrementum. Aui. 21. 3. trac. 3. cap. 1. Albei. Boto. de morb. mulie. 1. cap. 7. conſideratur hoc excrementum bifariam: primo quando

in

in totum ſupprimitur: ſecundo quādo fluit: De prima parte, primò erunt conſiderationes. Suppreſsio fit his de cauſis, aut ratione corporis vteri, aut materiæ, aut venarum vteri, aut ratione diſpoſitionis totius, aut alicuius membri principalis, vt epar; aut vaſorum circumiacentium, & iſta duobus modis: aut ſecundum naturam, aut toto genere præter naturam. ratione corporis vteri, vt ſi durum, denſumq; fuerit ipſum vteri corpus, aut occupatum aliquo affectu; vt diſtorſione ceruicis, inflammatione, reſolutione, refrig. aut aliqua intemperie, aut mala compoſitione, aut continui ſolutione, ex qua calloſitas genita fuerit; ſæpe etiam pellicula adnaſcitur, qua velatur vteri os, vnde ſanguis menſtruus non exit. Ratione materiæ, vt craſsities, viſcoſitas, delatioq; de loco ad locum, vt ad nares, & ſedem, quin etiam ex thorace ſanguinem reiectantibus, ſudor multus; aſſuetus vomitus; alui profluuia: ſanies prodiens alicubi in copia, puſtularumque omne genus per cutim erumpens; ac ſanguinis multa euacuatio per venæ ſectionem; alimentorum copia, & inopia, craſsities, viſcoſitas, naturaq; pituitoſa, vina craſſa, noua, & aquoſa, aquaq; frigida in potu aſſumpta. Ratione venarum, vt paruitas, anguſtia, & obſtructio ab aliqua cauſa. Ratione diſpoſitionis corporis,

poris, vt ætas, ſterilitas, prægnans, timor, mę-
A ror, animi accidentia, vinoſi humoris copia, cantatrices, ſaltatrices, calidæ, & ſiccæ temperaturæ, viragines, exercitia, fortia, otium, agreſteſq; mulieres nimia pinguedo, aut gracilitas, defatigationes, intenſi labores, inedia, nimiaq; repletio, febris ardens, moram in aqua gelida habere pedibus, & vt vnico verbo dicam, omnia quę nimis exſiccare, aut impinguare corpora poſſunt, nec non refrigerare. Ratione alicuius membri, vt vitio
B epatis, ſplenis, ſtomachi, aut alterius membri, aut cum defertur talis euacuatio ad nares, aut ad alias partes. Ratione partium circumſtantiam, vt cum hæ immodicè gliſcunt. Deinceps de conſiderationibus ſecundæ partis, vbi primum animaduertendum eſt, quando nimis fluunt, quæ ſequuntur enarratas, ratione oppoſitæ conſiderationis, & talis ſanguinis immodica fluxio, conſideratur.

Per modum ſubſtantiæ, vt ſanguinea, bi-
C lioſa, melancholica, pituitoſa, ſanioſa, ſeminalis, aquoſa, & in modum loturæ carnis, viſcoſa, craſſa, tenax, tenuis, fluxibilis, & vt aliquam ſubſtantiam præſefert, & talia penè infinita videntur.

Per modum quantitatis, multa, pauca, & mediocris, & duobus modis aut cõcreta, aut fluida: nam ſæpe adeò concreta eſt talis materia,

teria, vt epatis fruſta videantur, aut lienis, aut pulmonis, & quantitas, quę perſępe fluit, A ſiue fruſtatim, ſiue liquida; vt vidi in quadam muliere ex qua ſpatio octo dierum, ſanguinis fluxio aſcendit ad libras viginti, & plus, iuſto pondere ponderata, quæ & ſanata poſtea remanſit colore cineritiô, & velut ſemimortua, per longum temporis ſpatium; & vt narratum fuit à fide dignis, etiam in maiori quantitate euacuatur.

Per modum qualitatis primò poſſumus conſiderare iuxta tres ſpecies; vt habitus, & B diſpoſitio, naturalis potentia, & impotentia, forma, ſeu figura: tamen per tres ſenſus, ex quinq; ſenſibus, certa fit dignotio; vt ſenſu viſus: nam talis materia, rubra, alba, nigra, crocea, viridis, & vt colorem aliquem præſefert, cum certum ſit nihil ſine colore eſſe: ſenſu, tactus, cal. frig. acris, mordax, conuellens, corrodens, & reliqua: ſenſu odoratus, fętens inodora: à ſenſu guſtus, & auditus non memini me audire hanc materiam conſide- C ratam, à quopiam fuiſſe, & ſi dicatur quòd malæ mulieres ipſam maritis deuorandam dent.

Per modum temporis pluribus modis, primò, quando ante, aut poſt debitum tempus fluit; vt ante duodecimum, & poſt quadrageſimum quintum, aut quinquageſimum

A annum: ſecundo quando lunæ mutationes ſeruat, & periodos, iuxta illud, luna vetus, veteres, iuuenes, noua luna requirit: tertio, quando fluxio debitũ temporis ſpatium ſeruat, quòd non horis, aut diebus terminatur; cum quædam ſint, quarum fluxio perdurat, vſq; ad octauum diem, quædam vero ad tertium; quòd temporis ſpatium omnibus magis vſui eſt, quàm ſpatio breuiori, aut longinquiori: quarto, quando non obſeruat hæc fluxio debitum tempus; vt cum aut cõtinuò
B fluit, aut per interualla nullam ſeruans periodum, nec horarum, aut dierum, nec hebdomadarum, nec menſium: adde nec annorum.

Per modum habere, quando perſæpe mutantur, nec habitum ſeruant, ſed modo vno, modo alio modo ſe habent, & ſi talis conſideratio raró contingit.

Per modum ſitus, & vbi, quando per alias partes quàm per proprias venas, quod ſæpe
C euenire ſolet.

Per modum actionis, & paſsionis, quãdo nocet, aut prodeſt toti, aut parti, in fluxu.

Per modum relationis quot ſunt conſiderationes, totidem ſunt relationes.

Sed quid de ſignificationibus dicemus huius excrementi? quod quarto loco ſolet explicari: ne ergo prolixitate legentibus tędiũ

ob-

obtrudamus, his paucis rem totam perſtringemus, dicentes quòd omnis fluxio mala, A
pernicioſa, morboſa, & ſæpe lethalis, quæ limites proprios excedit, iuxta conſiderationes prædicamentorum enarratas; & tanto magis morboſa exiſtit, quanto magis excedit; vnde affectiones, quæ oriuntur, tam ex huiuſmodi materia non fluente, quàm ſi fluat, non ſeruans ſigillatim ea, quę requiri diximus; certo numero compræhendi non poſſunt, cum infinitæ pænè ſint; tàm iuxta intemperiem, quàm malam compoſitionē, B
continuiq; ſolutionem: plura collegimus ex Hip. varijs in locis quintæ part. Aph. ex Gal. 3. cauſ. ſymp. 4. & 5. & loc. affect. 5. ex Aui. 21. 3. tra. 3. ex Aetio 16. ſerm. à 50. cap. per plura capit. ex Albe. Boto. de morb. mul. 1. cap. 3.

DE PILORVM CONSIDE- *rationibus.* Cap. LIV.

C

ETsi pili inter excrementa propriè connumerandi non videantur, tum ratione vtilitatis, decoris, & neceſsitatis; auſim tamen affirmare, inter ipſa non abſurdè connumerari poſſe, cum excrementorum eſſentia, ipſis poſsit attribui: nam tertiæ concoctionis

A ſunt excrementa, nec per vlteriorem decoctionem poſſunt tranſire in ſubſtantiam nutriti: quinimò inter alimenta nequeunt adſcribi, quamuis dicatur ab aliquibus, quòd reperiantur animalia, quæ ipſis nutriantur: dicerem tamen illam particulam rectius ſe habere, ſi loco nutriuntur, legeretur, delectantur, & ſi conſiderentur etiam, tum ratione decoris, neceſsitatis, aut vtilitatis; vt pili genarum, & totius faciei; totiuſq; corporis neceſsitate: nam fuligines eleuatæ à calo-
B re, extra corpus educuntur, ne calorem ſuffocent: pili vero in palpebris, & cilijs, hanc præſtant vtilitatem, ne oculi ab aliqua re exteriori offendantur: à nobis tamen in pręſenti, pili conſiderantur, in eo, quòd ſunt excrementa ſimpliciter, & non poſſunt denuo trãſire in ſubſtantiam nutriti, & vt quid nocuũ à natura expellitur, per poros cutaneos, cuius excrementi retentio potius nocumentum, quàm commodum præſtat. In tali ex-
C cremento tractando, hæc erit ſeries noſtra: primò omiſſo quid nominis, cum omnibus manifeſtum ſit tale excrementum, ſolum nomine pili appellari, & ſi in brutis plura repeſiantur, vt piſcium ſquammæ, ſpinæ, cruſtaceæ partes, volucrum pennæ, & plumæ, excepto veſpertilione; nam quomodo uocetur illa pars, quæ non undique tegit cutem,

ab

ab autoribus fide dignis, non licuit mihi cognoſcere; terreſtriū vellus, & pilus. Quid rei A dicemus primò; ſecundò quomodo generetur, tertiò quot ſit conſiderationes; quartò ſignificationes ponemus. Quòd attinet ad primum dicimus, quòd pilus eſt excrementum continuum, oblongum, & cuti infixum, pro totius corporis expurgatione, à fuliginoſa materia: quomodo generetur, ſecundum Gale. 2. temp. quinto hunc in modum generari dicitur, calor agens in materiam humoralem, ex ipſa educit quandam mate- B riam fuliginoſam, ipſamque propellens de parte, ad partem, ad ſuperficiem cutis, per poros tandem propellit, & ex humiditate, quæ in cute reperitur, fuligines continuationem retinent; ſicq; fuligines primæ eductæ, & expulſæ ad ſecundas fuligines, & ſic ſucceſsiuè, & per humiditatem cutis, continuò generant pilos; cumq; perpetuò fiat harum fuliginum expulſio à calore, & ſibi inuicem coniungantur, fit pilorum continuatio, C & extenſio; non tamen eodem modo, vt herbæ è terra proſilientes, ſed per quandam ſimilitudinem; cum herbæ ex materia humorali alimentaliq; generentur, ſecus pili: Victo. Trinca. comp. med. 4. cap. 11. finalis vero cauſa pilorum, ſeu capillorum, cum in capite primum, vt plurimum appareant, & ſi vti

diximus, fiāt ratione neceſsitatis, decoris, & A vtilitatis: nos tamen hanc colligimus, vt ſint corporũ mũdificationes, à nocuo, ſenſibuſq; manifeſtētur. Sequitur ꝙ quartò loco promiſimus, nẽpe conſiderationes pilorũ examinare, nõ diſcedentes à noſtro inſtituto, primò.

Per modũ ſubſtantiæ conſiderantur in eo, quòd ſubſtantia eſt fuliginoſa, terreſtris, & inepta nutritioni.

Per modum quantitatis, vt multi, pauci, & medio modo, longi, breues, craſsi, exiles, & B eiuſmodi pluribus modis; aut enim ratione cutis, aut ratione materiæ, aut caloris; ratione cutis, duobus modis: aut enim adeò ſicca eſt, vt materia pilorum non poſsit proſilire, aut cutis adeò mollis, & humida, vt deſtruatur pilorum materia: ratione materiæ, quando in ſe retinet quandam veneficam qualitatem, quæ ad deſtructionem, non ad generationem facit, vt in lue gallica; vel cum adeò exigua eſt ipſa materia: ratione C caloris, quando labefactatus eſt, & hoc manifeſtatur in ægrotantibus, in quibus calor imbecillis remanet, vt pili decidant.

Per modum qualitatis, & ſi per quatuor ſpecies poſsit conſiderari pilus: tamen per formam, & paſsibilem qualitatem magis cõſideratur vti Gal. 2. temp. 5. & 2. artis med. per plura cap. ſecũdum formam in eo, quòd

crispi,

criſpi, plani, recti; per paſsibilem qualitatem, iuxta duos ſenſus, & primo ſenſu viſus, A vt albi, nigri, rubri, & prout colorē referunt; ſenſu tactus; molles, duri, & medio modo ſe habentes, & ſemper frigidi, & ſicci, cum eorum natura talis ſit.

Per modum habitus, vt ſtabiles, & firmi.

Per modum temporis, in eo, quòd per variationem ætatum, etiam, & ipſi diuerſimodè conſiderantur: vt in pueritia, infantia, & ſic de ſingulis ætatibus.

Per modum ſitus, & vbi, in eo, quòd varias B corporis partes occupant, & in eo, quòd nūquàm occupare habeant. Nam fronte labiſs, vola manuum, & in planta pedum, non reperiuntur, præcipuè, & in eo, quòd indiuidua diuerſas regiones, & climata colunt, & habitationes, & vt etiā diuerſi cœli ſtatus exiſtūt.

Per modum actionis, & paſsionis, prout minori, aut maiori cum læſione feruntur.

Per modum relationis, vt referuntur iuxta omnes conſiderationes quas recenſuimus; C & iuxta etiam alias, ſi quæ inueniuntur.

1 Reſtat vt ſignificationes ponamus, & primò à ſubſtantia: indicant corpus mundari, vnde ſequitur commodum.

2 Multitudo pilorum, & hirſuties, caloris vehementiam, materiæq; multitudinem, ac totius fortitudinē calidāq; & ſicc. temperiē

A & cutis diſpoſitionem optimam; paucitas, ſiue nuditas, aut glabrities, econuerſo: & ſi non fuerint, aut extremam cutis ſiccitatem, aut corporis frigiditatem, & humiditatem, aut pororum cutis raritatem; & amplitudinem: ſi medio modo ſe habuerint, mediocritatem caloris, & materiæ, nec non, totius.

3 Magni, calidam, ſiccamq; temperiem, & materiæ copiam, ferinamq; diſpoſitionem: longi, & magni, materiæ multitudinem, & craſsitiem, calorisq; vehementiam: breues, B contra, & parui.

4 Criſpi extrinſecam caliditatē, vt Aethiopes, pororumq; cutis tortuoſitatem, & cutis ſiccitatem cerebriq; intenſam caliditatem, plani contra: recti, frigiditatem, vti etiam ſubtiles, & exiles.

5 Albi frigiditatem, & humiditatem, pituitæq; copiam: rubri, caliditatem, & ſiccitatē: rari, frigiditatem, & humiditatem, vti denſi, caliditatē, & ſiccitatē: nigri cerebri cal. inſi- C gnemq; vſtionem fuliginum: flaui fiunt, cum vapor minus vritur, & aliquid flauæ bilis immiſcetur, & dominium bilis oſtendunt: ſubflaui, medij ſunt inter flauam bilem, & pituitam: ſubrubri, non multam caliditatem: ſubalbi, non multam frigiditatem.

6 Molles, corporis frigiditatem, & humiditatem, nec non imbecillitatem; duri cōtra.

7 Stabiles, & robuſti, cerebri caliditatem, & ſiccitatem, & totius fortitudinem. A

8 In pueritia, cito prouenientes, cerebri caliditatem. In infantia cito naſcentes, caliditatem, & ſiccam te[mpe]riem, & ſic de alijs ætatibus, eo, quòd ci[t]o, aut tardè, oriantur.

9 In capite, propte[r] vaporum eleuationẽ, ad ſublimam partem.

10 Mẽto, & genis, ad decorẽ, vti ſub axillis, & inguinibus, propter partiũ adenoſitatem.

11 Hypocondrijs, epatis, lienis temperiẽ oſtendunt, ſecundum quòd cito, aut tardè, multi, pauci, longi, breues, duri molles oriuntur, & ſic de alijs conſiderationibus. B

12 Zonam mediam, ſeu extremè calidam torridam habitantes, criſpos, nigros, ſtabiles, & ſecundum magis, & minus, ſecundum quòd natura eius eſt, frigidam vero, pilis nudam molles, & penitus contra torridam: temperatam vero, medio modo. Hæc de pilis in eo quòd excrementa ſunt dicta ſint.

DE EXCREMENTO exanthematum. Cap. LV. C

ETSI ex apparitione vnius hirundinis, ver adeſſe diiudicare non poſſumus, tamen, coniecturando ſaltem, prope adeſſe colligimus:

A mus: ita de excremento, de quo ſumus verba facturi, & ſi in omnibus non appareat, tamen in multis cernitur, ſumma cum vtilitate indiuiduorum. Nam ſunt, qui veluti exanthematibus diuerſorum colorum, totam corporis ſuperficiem maculatam habent, & præcipuè brachia, & crura: & apparent quando aliqua euacuatio ceſſat, vt emorrhoidalis, aut alia parte, & perdurant octo, aut quindecim dies, plus, & minus, poſtea euaneſcũt. Tale ergo excrementum ſic conſideratur, ꝙ

B ſit expulſio nocui, quod ſecunda, tertia digeſtione oritur, & cum non poſsit excerni per conſuetas partes, ad partem ignobiliorem corporis truditur, quę cutis eſt, & ipſam mutat ſecundum humoris qualitatem, & talis materia nec terſione, aut lotione tollitur: ſed exercitio leui euaneſcit: hoc excrementum in Reuer. & doctiſs. ſacrę Theologię doct. d. Auguſtino Moracauallo cernitur in dies, & pluribus alijs qui antequam tale ex-

C crementum erumperet, pluribus affectionibus erant obnoxij, & præcipuè bilioſis, & ex apparitione huius fluxionis priſtinæ ſanitati reſtituti ſunt; nec conqueruntur, ſe affectionibus angi; licet quòd maius eſt, etiam hyeme cernantur. plura de tali excremento non dicam ſat ſit mentionem feciſſe.

FINIS.

LIBRO TERTIO TANQVAM FORMVLARIA quædam continentur, *In gratiam ſtudioſorum.*

DE ÆGRITVDINIBVS vniuerſalibus, quæ propriis nominibus carent. Cap. I.

A

B

QVEMADMODVM publicæ perſonæ formularia habẽt, quibus vtuntur non ſolum illi, qui notariatus inſignia ſuſcepturi ſunt; ſed etiam illi, qui inſtrumenta, minori cum labore, & recto tramite, ſecundum varias perſonarum mentes, & iuxta C

varia

A varia genera conſcribere volunt: haud aliter in gratiam ſtudioſorum, nonnulla decreui, veluti formularia quædam deſcribere, quibus vti habeant non ſ[illegible] illi, qui doctoratus corona decorandi ſunt, ſed etiam illi, qui indiuiduales corporum ægritudines curaturi; & vt facilius compotes voti fiant, hũc ordinem ſeruabimus primò ægritudines, veluti vniuerſales omnibus membris, & quæ proprijs nominibus carent, ponemus; & ſunt intemperies, malæ compoſitiones, &

B continui ſolutiones: ſecundò vt hæ materiales ſunt: tertiò vt à cauſſa coniuncta dependent, procatartica namque, non admittit curationem: quarto vt cum ſymptomatibus, aut abſq; coniunguntur. Quantum ad primũ dicimus, quòd ægritudines in intemperie conſiderantur pl[illegible]rib[illegible] odis: primo vt ſim plices ſunt, & quatuor ſunt cal. ſcilicet frig. & ſic. æ: ſecundo ut compoſitæ, & quatuor ſunt, cal.& hu. cal. & ſiccæ, frig. & hu. frig. &

C ſiccæ: tertio prout per quatuor gradus hæ intemperies conſiderantur, ut in primo, ſecundo, tertio, & quarto gradu: quarto prout ſunt in principio primi gradus, aut ſecundi, tertij, & quarti; aut magis accedunt ad medium, aut ad finem gradus, tam primi, quàm ſecundi, tertij, & quarti: quinto prout unaquæq; intemperies conſiderari poteſt

ſecundum magis,& minus: ſextò, prout gradus enumerati inuicem, & ſibi inuicem com A
plicari poſſunt: quæ complicationes pænè infinitæ ſunt, & præcipuè ſi ſecundum magis, & minus conſiderentur. Aegritudines in mala compoſitione, etiam varijs modis cõſiderantur,& precipuè quinque; vt in forma, numero, ſitu, magnitudine, & compoſitione; & ſi quatuor ſæpe ſolum numerantur: formaq; & ipſa, etiam pluribus modis conſideratur, vt caua, læuigata, magis coalita, blęſa, arida, laxa, plana,hirta,glabra,lęuis, B
aſpera, hirſuta, curua, obliqua, mollis, minus coalita, exigua, non læuigata, eminens, & reliqua, & talia aut à natura, aut ſecundum naturam, aut toto genere præter naturam, ſecundum totum, aut ſecundum partem, tàm partium ſimilarium, quàm inſtrumentalium, ex ſemineq; vitiato viri, aut matris, nec non à nutrice,aut obſtetrice,aut ipſomet indiuiduo, ſecundum varia accidentia, vt ſaltu, caſu, percuſione, & ſimilia. C
Numero vt defectu, mutilatione, & abundantia, tàm ſimilarium quàm compoſitarũ: ſitu, vt in eo, quòd decidit à loco, aut mutat locum magnitudine, vt in eo, quòd magis augetur, aut minuitur, ideſt auctione, & diminuitione. Compoſitione in eo, quòd aliqua pars impropriam ſortitur ... hinc

con-

compoſitio vitiata redditur, & iuxta ea, quæ
A dicta ſunt de forma, ſic etiam de his quatuor
eſt intelligendum; aut à natura, & reliqua.
Aegritudines vero in continui ſolutione,
etiam pluribus modis conſiderantur, vt vl-
cera, vulnera, inciſiones, ruptiones, fractio-
nes, conuulſiones, contuſiones, ſphacelatio-
nes, extenſiones, ampliationes; cum mate-
ria ægritudines ſunt, vt ſanguinea, bilioſa,
pituitoſa, melancholica, ſanioſa, purulenta,
aquea, flatuoſa, lapidea, ſabuloſa, ſtercoro-
B ſa, icoroſa, & vt vnico verbo omnia com-
prehendam, genita ab humore, aut ſpiritu,
ſolidaq; ſubſtantia; A cauſa coniuncta ægri-
tudines hoc modo cõſiderari poterunt, pro-
ut tertio loco diximus in eo, quòd ægritudo
non admittit curationem, niſi prius tollatur
cauſa, quæ ægritudinem inducit: infinitaque
ponuntur exempla: ſed ſufficiat de febre pu-
trida, quæ non tollitur niſi per remotionem
putredinis, quæ ab alia cauſſa etiã trahit ori-
C ginem, & ſæpe nunc ab vna cauſſa dependet,
nunc ab alia; & talis ab alia, vnde prima non
remouetur, niſi tollatur ea, quæ eſt cauſſa-
rum cauſſa, ſiue modo genita ſit, ſiue de no-
uo generetur: cũ ſymptomatibus, aut abſq;
illis conſiderantur ægritudines, quando ſym-
ptomata adeò ſæua ſunt, & horribilia, vt vi-
deantur trahere ad ſe curationem, non ne-
glecta

glecta cauſſa, aut morbo, & talia ſymptomata in triplici diſcrimine poſita ſunt; ſcilicet A in actione læſa; qualitate mutata, aut exeunte mutato, vt in pleuritide anhelitus difficultas, inſignis caliditas, ſputiq; rubor: hęc de ægritudinibus, quę carent proprijs nominibus, quæ tamen vni tantum indiuiduo membroq; indiuiduali non conueniunt, ſed pluribus aduenire poſſunt.

DE DIVISIONE ÆGRItudinum, quæ propria ſortita ſunt nomina. Cap. II. B

PRAETER ægritudines enarratas, aliæ etiam conſiderantur; quæ quidē licet ſortita ſint propria nomina, tamen non differunt à primis; quia & ipſa in intemperie, & mala compoſitione, reliquiſq; ſupra commemoratis fiunt; illiſq; hæc nomina tribuun C tur: incipientes, verò abhis, quæ in ſuperficię apparent, vt in cute, lepra, ſcabies, cancer, elephantiaſis, formicamiliaris, herpes, eryſipelas, ex pluribus ſpeciebus, ſcirrhus, œdema, bubo, phlegmō, exanthema, furunculus, morphea, ſcrofulæ, verrucæ, porri, lupia, antrax, ignis ſacer, cancræna, fiſtula, ſinus, imperi-

A petigo, ſerpigo, glandulæ, nodi, malum mortuum, vſtio, combuſtio, vitiligines nigræ, & albæ, leuce, lentigines, prurigo, pſidraca, ſiue pſidracion, excoriatio, morbilli, variolæ, caluities, defluuium capillorum, ophiaſis, alopecia, tyria, canities, rhapaloſis, dichoptia, atrophia, ariditas, quaſſatio, aſperitas, furfur, puſtulæ, fauus, tinea, pediculi, lendines, millipedes, achoras, eruptio, helcidria, fiſſuræ. A membris vt cephalea, ſiue ſoda, hemicranea, clauus, phrenitis, ſibara, lethar-
B gia, coma, caros, cataphora, catalepſis, ſubeth, mania, melancholia, ſomnus grauis, vigilia, ſahara, permixtio ſenſus, & alienatio, ſtoliditas, amentia, memoriæ corruptio, & imaginationis lycaon, lycanthropia, vertigo, ſeu ſcotomia, incubus, ſiue ſtrangulator, epilepſia, apoplexia, paralyſis, mollificatio, ſpaſmus, tethanos, epiſthotonos, emproſthotonos, tremor, ſtupor, tortura faciei & oris, palpitatio, lippi-
C tudo, puſtulæ, exituræ, ægilops, albugo, ſebel, pterygia, vnguis, petia in oculo, lacryma, ſtraboſitas, epieſmon, ſuffuſio, ſcabra, nyctilops, ſugillatio, obtuſio, hæmalopas, hypoſpegmata, imminutio, glaucedo, ſilach, geſſa, inuiſcatio, morus, inuerſio, grā-do, hordeolus, aſarnach, lapidoſitas, nyctalopes, mydriaſis, pupillæ conſtrictio, ca-

tha-

taracti, obſcuritas, ſuffuſio, ſcabra, ſonitus, A
tinnitus, ſibilus, ſuſurrus, chalazia, parotides, emorrhagia narium, coryza, polypus, ozæna, ſternutatio, balbuties, traulus, ranula, alcola, aphtha, hæmodia, angina, bocium, ſcrophulæ, aſthma, raucedo, tuſsis, pleureſis, peripleumonia, tabes, empyema, phtyſis, ſyncopis, cardialgia, pica, bulimos, vomitus, nauſea, ſingultus, fames, inappetentia, ſitis, eructatio, rugitus, ſubuerſio, anxietas, cachexia, aſcites, tympanites, hypoſarcha, lienteria, iliaca, cholica, dyſenteria, tenaſmus, B
vermes, aſcharides, lumbrici, teretes, hæmorrhoides, ragadia, calculi, lapides, arenulæ, iſchyria, dyſuria, priapiſmus, gonorrhæa, diabetes, hernia, abortus, mola, menſtrua ſuppreſſa, aut ſuperfluentia, præfocatio, podagra, varices, chiragra, ſciatica, iſchiadica, artethrica, varus, ficus, lichenes in mento, condylomata, atrophia, ac pænè infinita nomina apud Arabes, græcos, latinoſq; autores, rebus varijs variam nomenclaturam ſortitis. C

Sequitur vt harum ægritudinum deſcriptiones in medium proferamus.

Lepra, eſt cutis aſperitas, cum pruritu; in qua corpus abſumitur, & colliquatur à melancholico humore; cutiſque orbiculatim depaſcitur, & piſcium modo ſquamulas exſe

A remittit Paul.4.cap.2.Aui.3.4. tra.5. cap.1.

Scabies, vt lepra, ſed ſummam cutim magis infeſtat variæ figuræ, vt furfuracea, puſtuloſa, ſcalpendoq; ſe remittit Paul. ſup.

Cancer, eſt tumor in cute, cum vlcere, & ſine, ab humore melancholico, reptans in modum cancrorum fluuialium; ex Gale. de arte cura.ad Glauco. 2. cap. 11. de atra bile. 2. metho. 14. med. 9. tumor. præter. nat. 8. Paul. ſup. 1.

Elephantiaſis, ſiue ſatiſriaſmon, ſunt par-B uæ puſtulæ in toto corpore, ab humore melancholico, male olentes & viſu moleſtæ, & eſt veluti cancer vniuerſalis totius corporis. Gal.6.Apho.15.ad Glau.2.cap.11. de atrabile.2.14.metho.9.

Formica milliaris, ſiue myrmiciō, eſt vlcus paruum acuti capitis ambulatiuum, latitudinem exiguam habens, & eſt corroſiua. Aui.3.4.tra.1.cap.6.

Herpes, ideſt ſerpens; eſt cutis inflamma-C tio, cum vlcere, & ſine, tranſiens de loco ad locum.Gal.2.metho.2.ad Glauc. 2. cap.1.

Eryſipelas, eſt, non ſolum cuticulæ, ſed cutis inflammatio, & exuſtio, cum exulceratione, & ſine, cum tumore, & ſine. 14. metho.1. 2.ad Glauc. 1. de tumorib. 10.Gal.

Scirrhus eſt tumor durus, & inſenſibilis. originem trahens ab atra bile, aut à pituita. Gal.

Gal.2. ad Glau. 5.

Oedema, eſt tumor laxus, mollis, inſenſibilis, vt ſup.3. A

Bubo, eſt inflammatio partium adenoſarum, & laxarum cum materia.

Phlegmon, eſt inflammatio cum tumore, in parte carnoſa, intenta, renitens cum dolore pulſatili, & rubicundo colore, à ſanguine bilioſo: de tumo. 2.& 4. in 6.vulga.1, Gal.

Exanthema, eſt tumor, ſiue papula per totam cutem effloreſcens.

Furunculus, eſt inflammatio, ſine duritie, vti tuberculus cum duritie, de tumo.17.Gal. B

Morphea, eſt cutis deſedatio alia alba, aliaq; nigra, Auic.7.4.tra.2.cap.9.

Scrofulæ, ſunt tumores, vt nodi, ſed non ſeparantur vt ipſi, & vt plurimum accidunt in carne molli, Aui.3.4.tract.2.cap.9.in mentoq; & mammis magis apparent.

Verruca, eſt caro dura, & ſpiſſa, in quauis parte corporis nata, præcipuè in pedibus, & manibus, de materia phlegmatica, & melancholica. Gordo.de apoſt.par.1. cap.20. C

Porrus, eſt idem quòd verruca, ad modum porrorũ, habentiũ multas barbas, à dominio materiæ melancholicæ, ſiue terræ. Aui. ſup.

Lupia, eſt quædam excreſcentia, & præcipuè in oculis, à materia phlegmatica Gordo, ſup. 25.

A Anthrax, eſt vlcus excarioſum, cui adiungitur feruor multus partium circumiacentium: Gal. 6. Apho.45.

Sacer ignis, eſt fluxio humoris bilioſi, & plurimum ad cutim, ſine periculo. Gal.3.in 3. vulg.9.

Cancrena, eſt partis mortificatio, cum magna in flammatione. Aui.3.4.tra.2. cap.9.

Fiſtula, eſt anguſtus, & longus ſinus, vti ſinus cauitas in cute, & carne, in qua pus eſt collectum. Gal.de tumo.4. & fiſtula. 5.

B Impetigo, & ſerpigo, ſunt cutis ſquammuloſæ affectiones, & ferè locus totus exulceratus eſt, & ſi remoueantur ſquammulæ, locus remanet rubicundior. Gal.lib. intro. & tum.

Glandula, eſt tumor ad modum nucis, aut auellanæ. Aui.3.4.tra.2.cap.6.

Nodus eſt tumor durus, ab humore pituitoſo. ſup. tra.2. cap.4.

Malum mortuum, eſt ſpecies ſcabiei, ab aduſta melancholia, & aduſtione phlegmatis C ſalſi, cum liuore, & nigredine, & puſtulis cruſtuloſis, fędis, ſine ſanie, cum ærugine, & veluti inſenſibiles, & turpi aſpectu in coxis, pedibus, & tibijs. Gord.de apoſt. rub.3. cap.24.

Vitiligo alba, aut nigra, eſt ſquammuloſa cutis affectio, ob pituitæ redundantiam. 3. cauſ.ſymp.1. ſæpe etiam ex melancholico humore. 2.Apho.4.& 3. Apho.2.Gal.

Leucæ

Leucæ ſunt quædam maculę albæ, ob fruſtratam cutis glutinationem, 3.cauſ.ſymp.1. A

Lentigo, ſanguis mortuus, pannus omnes ſunt cutis affectiones, à præfocato ſanguinæ in ſuperiore parte, ob diuerſitatem humorum, vt lentigo à ſanguine decliui ad ruborem ſanguis mortuus, propter percuſsionē vergens ad nigredinem, & plumbeitatem pannus, ſparſus ſanguis ad nigredinem, ſine percuſsione. Aui.7.4.trā.2.cap.6.

Morbilli, ſunt puſtulæ mitiores, quàm in variolis, ſed magis cholericæ. Aui.1.4.tra.4. cap.8. B

Variolæ, ſunt puſtulæ, ob ebullitionem ſanguinis genitæ in generatione fœtus, & variæ apparent, ob diuerſitatem, & copiam humorum prædominantium. Aui.ſup.cap.6.

Papula, eſt eruptio humoris albi, cum exulceratione, abſq; tumore. Gal.3.in 3.vulg.50.

Pruna, & ignis perſicus, ſunt puſtulæ corroſiuæ veſicantes, adurentes, eſcharamq; facientes, vt cauterium. Aui.3.4.tra.1.cap.9. C

Veſicę, ſunt cutis inflationes, à materia aquoſa, vel ſanguinea ſup. Aui.11.

Eſchara ſiue epinyctides ſunt puſtulę ſuperficiales, ſicut veſicæ, cum pruritu, & rubore, ſubitò erumpentes facientesq; dolorem. Aui. ſup.13.

Almiſmar, eſt nodus rotundus ſimilis ca-

A piti claui, præcipuè in pedibus, prohibens inceſſum: ſup. 14.

Phyma, eſt idem, quod bubo, ſed citò augetur, & ad ſuppurationem feſtinat.

Varices ſunt venæ dilatatæ in cruribus, & tibijs, vt plurimũ à materia melãcholica, & ſi in inguinibus bubonõtelen, in vmbilico, exomphalon nominetur. Gal. de tumorib. 19.

Icteritia, ſiue regius morbus, eſt cutis deſędatio à colore croceo, aut nigro, ob redundantiam humoris biliosſi, & melãcholici, qui B non depuratur. Gal. 6. locis aff. 1. & 5. cap. 7.

Carbunculus, eſt inflammatio, cum tumore, qui perurit cutem, cum cruſta, & bullis antequam in vlcus conuertatur; cruſta autẽ nigra, ac cinereo colori vicina apparet; nigra etiam reddit ea, quæ circumcirca ſunt; ab humore melancholico efferueſcente originem habens. Aui. 3. 4. tra. 2. 7.

Effuſiones, ſunt veluti ſcirrhi, ex diuerſitate humorum. Gal. ad Glau. 11.

C Eneuriſma, eſt ſanguinis ſpiritoſi collectio, ex inciſione venarum, & arteriarum; quòd ſi digitis prematur, aliâ prorepit. Gal. ad Glau. 2. cap. 12.

Phygethla, ſunt inflammationes, cum tumore in inguinibus, & partibus adenoſis, quæ ſi indurentur, ſtrumæ dicuntur.

Sarcocelen, hydrocelen, epiploentero-

celen

ceſen omnes ſunt teſticulorum tumores, & nomine herniæ ſiue ramicis comprehendun- tur. Gal. de tumo. 18. A

Achor, eſt paruum vlcus in capitis cute, à materia pituitoſa, ſalſa, & nitroſa, vnde ef- fluit ſanies: ſup. 8. fauus idem ſed maiora re- tinet vlcera.

Caluities, eſt ſyncipitis depilatio, cum ex- ſiccatione, ob inopiam humorum. Gal. cóp. med. ſecun. lo. 2.

Defluuium pilorum, eſt depilatio capitis rara, ob defectum humoris, ſine cutis exſic- catione: ex Gal. locis 5. Apho. 11. 6. 34. 1. cóp. med. ſec. lo. de defluuio pilorum. B

Alopecia, eſt defluuium pilorum, ſine ſquammis, ob vitiatos humores. Gal. ſup. à vulpe dicta, vti ophiaſis à ſerpente, cum ſquammis vti etiam tyria dicitur.

Canities, eſt pilorum tranſmutatio, de co- lore aliquo, in album colorem, ob pituitæ redundantiã in ſicu, quę ſpacio computruit: Gale. 2. temp. penult. aut propter aquoſita- tem: Aui. 3. 4. tra. 1. cap. 15. C

Rhopalaſis, eſt pilorum in baculos coag- mentatio, vel concretio ſummorum pilorũ indiuiſibilis, qui etiam amplius non creſcunt Gal. atrib. de definit. med.

Dychophya eſt pilorum bifurcatio. ſup.

Quaſſatio eſt caſus inęqualis pilorum. ſup.

A Atrophia, nimia eſt gracilitas pilorum, vt nec amplius augeantur. ſup.

Ariditas, & ſuperficiei conſperſio ad modum pulueris.

Furfur, eſt materia quædam alba, quæ ſcalpendo decidit à cutis ſuperficie, ſimilis furfuri: 1.comp.med.ſec.lo.de furfure Gal. Aui. 74.tra, 1.24.

Phthiriaſis, ideſt morbus pedicularis à Paulo phiraſis idem quòd prurigo 3. cap. 3. eſt generatio animalium parua, in profundo
B cutis, à materia putri, & calida; ex quibus quidam parui orbiculi fiunt, qui adhærent pilis, & lendes dicuntur; ſimiles pediculis in mẽto, ex in inguinibꝰ generantur vulgo piatole, ſed magis latæ; pediculi verò non ſolùm in capite, ſed in toto etiam corpore generantur; præcipuè in humeris, & coxis; & ſcalpendo è cute emergũt. plura ex Gal. ſup.

Sahaphati, eſt tumor cum vlceribus cruſtoſis, paruis, fixis, ad ruborem vergens; ex
C quo virus emittitur cum pruritu. Auic. 7.4. tra.3. cap. 1.

Haſef, ideſt fęces ſudoris, eſt materia quędam, quæ in cute retinetur poſt ſudorem, cum pruritu: ſup. 8. cap.

Cornea, ſunt additiones ſpiſſæ naſcentes iniuncturarum extremitatibus. ſup. 14.

Fiſſara, eſt nimia cutis ſiccitas, ita vt ſcindatur

datũr

datur cutis à complexione ſicca, ſup.15.

Alchatha, eſt cutis exulceratio cum rubore, & fiſſura, ſup.20. A

Tinea, eſt capitis ſcabies cum ſquammis, & cruſtis, & pilorum euulſione, & colore cineritio, odore, fetido; tùm aſpectu parùm iucundo. Gord. de paſſ. cap. part. 2. cap. 8.

Pſidracia, ſunt exiguæ puſtulæ, quæ ſummam cutem excedunt, Paul. 3. 3. cap.

Exāthemata, ſunt capitis exulcerationes, ſubrubicundæ, & aſperæ. ſup.

Ficus, eſt eruptio vlceroſa, rotunda, ſubdura, rubra, vna cum dolore. ſup. B

Ophthalmia, eſt oculi inflāmatio cum rubore, & dolore, a materia, vt plurimum bilioſa. Gal. 4. de comp. med. ſecund. lo.

Secundum locos de ophthal. ad Glau. 1. & lippitudo vocatur, nec non conturbatio, ab aliquibus. Aui. dirimit. 3. 3. tra. 1. cap. 7. hanc controuerſiam.

Pterygia, ideſt vnguis in oculo, ſup. de vlceribus oculorum. C

Sycoſis, eſt aſperitudo, ad granorum ficus ſimilitudinem in oculis. Gal. ſup.

Suffuſio, eſt viſus imaginatio deprauata, ita vt quiſpiam videre ſe exiſtimet, prout humor eſt, aut aqua inter cryſtalloidem, & pupillam. Gale. 6. prog. 26. & de oculis part. 4. cap. 11.

Clau-

A Glaucedo, eſt ſuffuſionis ſpecies: ſup.

Conturbatio, eſt principium ad ſuffuſionem. 4. locis aff. 1. Gal.

Pecta, eſt ſanguis fluens de aliqua arteria, aut vena inciſa, ex ictu de ocul. par. 4. cap. 8. Gal.

Vnguis, eſt ſuperfluitas neruoſa, aut carnoſa extendens ſe ab angulo ad pupillam, prohibens viſum: ſup.

Scliros, eſt tumor, à materia melancholica in angulis oculorum, qui aliquando dila-B tatur, & aſcendit ad ſupercilia, cum maximo dolore; eiuſq; color plumbeus eſt. ſup.

Pſorophthalmia, choma, ſycoſis, teloſis, ſunt palpebrarum ſcabies. ſup. 9.

Grando, eſt tumor craſſus in anterioribus oculi partibus, coagulatus vt grando. ſup.

Inuiſcatio, eſt palpebrarum coniunctio, ob viſcoſum humorem.

Hordeolus, eſt apoſtema naſcens in extremitate palpebræ.

C Aegilops, eſt vlcus inter nares, & oculos. ſup.

Lacryma, eſt deſtillatio humoris, aquoſi, ſalſi, nitroſi. ſup.

Melon, clauus, miocephalon, ſtaphiloma, ſunt egreſsiones vuæ, & ruptiones.

Veſica, philyſtena, phyctida, puſtula, ſunt aggregationes aquoſitatum inter duas tu-

nicas,

nicas; oculi exteriores, ex quatuor tunicis, Aui.3.3.tra.2.cap.1. A

Foſſula, tælomata, epicaumata, ſunt oculi interna vlcera. Coſtæus in Auic.3.3.tract.2. cap.3.

Ruptiones, in oculo ſic nominantur, limbus, vuea, veſicalis, claualis, orbicularis. Aui. ſup. cap.6.

Chemoſis, eſt inflammatio palpebrarum, cum inuerſione. Paul.3.cap.22.

Albugo, nubecula, ſunt oculorum cicatrices, Paul. ſup. B

Hypoſphagma, eſt ruptio venarum adnatæ, ſup.

Emphiſema, eſt palpebræ tumor, œdemati ſimilis. ſup.

Scliropthalmia, oculi durities, & difficilis motus, cum dolore, & rubore. ſup.

Xeropthalmia, eſt arida lippitudo, & prutiginoſa diſpoſitio, ſiue fluore. ſup.

Tracoma, eſt aſperitudo internæ regionis palpebrarum, ſup. C

Colation, eſt colluuies ocioſi humoris in palpebra. ſup.

Crithe, paruulum eſt tuberculum, oblongum, cito adueniens. ſup.

Midaroſis, eſt defluuium pilorum palpebræ ſuperciliorum.

Ptiloſis, craſsities palpebrarum putrida, rubra,

A rubra, quibus decidit plerumq; pilorum defluxus.

Encantis, eſt excreſcentia in minore angulo palpebræ. ſyp.

Botryon, eſt vlcus cauum, anguſtũ, & purũ.

Ceroma, eſt latius botryo.

Argemon, eſt vlcus in circulo pupillæ.

Epicauma, eſt vlcus ſordidum, & cruſta obductum.

Carcinoma, tunicæ ceratrides affectus cũ dolore, rubore, diſtenſione, & cruciatu, punB ctorio, vſq; ad tempora, cum cibi abominatione.

Mydriaſis, eſt viſus impedimentum, quo omnia minora videntur, quàm ſint, cum flauo colore pupillæ.

Nyctalops, eſt viſus vitium, quo homo per diem cernit, ſole deinde occiduo obſcurius, nocte omnino nihil.

Amanoſis, eſt perfectum videndi impedimentum, ſine manifeſto affectu.

C Strabo, eſt cuius acies oculi in angulis eſt.

Lucinoſitas, eſt propinquorum viſio, longinquorum verò non.

Otalgia, eſt aurium dolor: diff. ſymp. 3.

Surditas eſt quando audienda non audiuntur. ſurdaſtrix, eſt auditus hebetatio, ſubſurdi: obauditio, eſt audire ea, quæ non ſunt. Trinca. 4. comp. med. 14.

Tinnitus,ſibilus, ſonitus, eſt vocum auditio ob flatum interclusum, ventoſum quærens exitum.Gal.3.comp. med.ſecu.lo.de ſonitu in aurib. A

Parotis,eſt inflammatio,cum apoſtemate in glandulis, poſt aures. Gal. ſup. de parotidibus. Auic.4.3. tract.1. cap.24. paul. 3. cap. 23.

Oſæna, eſt vlcus in naribus, ob putrediñe humorum aũium.

Polypus,eſt tumor præter naturam in naribus,aſsimilis carni, ex craſſo,viſcoſoq; humore. Gal.3.conſt.med.de affec. narium. B

Coryza,eſt corrupta,& fætida defluxio ex cerebro ad nares.Gal. 3.cauſ. ſymp.4.

Sternutatio, eſt expurgatio eorum, quæ nares offendunt, à ſpiritu intercluſo exitum quærente. Gal.2.cauſ.ſymp.3.

Hæmorrhagia, narium eſt ſanguinis fluxus, in magna quantitate. 3. in 1. prorer.45. Gal.

Varus, eſt tumor durus, paruus, à craſſo humore congregatus in facie. 5. de comp. med.ſecu.lo.de venis. Gal. C

Ficoſus, eſt tumor in mento, à craſſo humore vnà cum ſeroſitate. ſup.

Balbuties, eſt vocis, prolationiſq; impedimentum, ob copiam humiditatis, vt plurimum.

Trau-

Traulus, eſt linguæ impotentia ad deartiA culandas voces quæ per t, & r proferuntur, Gal. 6. Apho. 32.

Intercepta vox, eſt quando loqui nõ poſſumus.

Aphtha, ſiue alcola, eſt ſuperficiei oris exulceratio, cum ignea caliditate, & maximè pueris 6. comp. med. ſecu. loc. de aphtha. 3. in 3. vulg. 12. 3. Apho. 22. Gal.

Hemodia, eſt dentium ſtupor. 2. loc. aff. 2, 1. cauſ. ſymp. 5. Gal.

B Angina vera, & nõ vera, vel ſpirandi difficultas, eſt gutturis inflammatio, aut partium circumiacentium, cum periculo ſuffocationis, & plurimum à materia biliosa. 4. locis aff. 5. Gal.

Suffocatio, eſt reſpirationis prohibitio, de vtil. reſp. 2. & 4. Gal.

Strangulatio, eſt ſubitus interitus, propter defectum reſpirationis. 4. Aph. 34. Gal.

Bocium, ſiue bronchocela, eſt grandis, & roC tundus in ceruice tumor, ſimilis melli, aut pulti, aut adipi. Paul. 6. cap. 38. & Aetius. 15. cap. 6. Trinca. 3. comp. med. 27.

Aſthara, eſt ſpirandi difficultas, cum crebro anhelitu. 6. Apho. 46. Gal.

Tuſsis, eſt vehementiſsima quædam efflatio, qua plurimus ſimul, celerrimeq; prorumpens ſpiritus attrahit, propellitq; ſuo impetu

petu ea, quę vias obſtruunt. 2. cauſ. ſymp. 4. Gal. A

Catarrhus, eſt ſuperflui fluxio ad os, bronchus, ſine raucitas, eſt fluxio ad fauces. 3. cauſ. ſymp. 4. Gal.

Antiada, ad glandulas oris eſt fluxio, ſtaphylen, ad gargarionem eſt fluxio. ſup.

Pleuritis, eſt inflammatio membranæ coſtas ſubcingentis, ob defluxionem humorũ. 2. de criſib. 10. 1. acuto. 32. Gal.

Peripleumonia, eſt pulmonis inflammatio, ob defluxum materiæ. 2. ad Galu. 2. Gal. 4. Apho. 34. 73. B

Orthophia, eſt collectio humoris craſsi, lenti, in aſpera arteria, lædens reſpirationem. Gal. 4. loc. aff. vltimo.

Purulenti, ſunt in quibus colligitur pus, in cauitate thoracis, & precipuè inter ipſum, & pulmonem. 2. progn. 60. Gal. alio nomine empij.

Tabes, eſt pulmonis exulceratio. 3. Apho. 10. alio nomine phthiſis. 4. Apho. 8. C

Maraſmus, eſt corruptio corporis viuentis, à ſiccitate. de maraſ. 1.

Syncopis, eſt præceps virium lapſus. 12. method. 5. Gale. alio nomine animi deliquium, viriumque defectus. 2. cauſ. ſymp. 1. cap. 7. Gal.

Cardialgia, eſt cordis dolor. 4. Apho. 65.

nec

A necnon morſus ventriculi oris. 2. alim.facul. de piris,& pumicis. 1. cauſ. ſymp. 7. Gale. & etiam cardiagmon dicitur.

Appetentia, eſt ventriculi deſiderium implendi.ſup.Gal.

Fames, eſt ventriculi appetentia, ob alimenti defectum. 5. vſup. 9. & quinq; requiruntur. 1. cauſ.ſymp.7.Gal.ibi vide.

Canina appetentia, eſt ventriculi deſiderium implendi ob vitioſos humores. ſup. Gal.aut amplior per totũ corpus euacuatio.

B Citta, eſt vitioſa appetentia in grauidis. 1. cauſ. ſymp.7. Gal.

Sitis, eſt appetentia humidi, propter cal. & ſicc.4. Apho.19. & ſup. ſymp. cau. 2. ſimp. med.facul. 32.

Bulimus, eſt indigentia ventriculi, ſimul cum imbecillitate.Gal.ſup. cauſ. ſymp. & ex refrigeratione.

Vomitus, eſt expulſio eorum, quæ in ventriculi cauitate ſunt, per os.

C Singultus, eſt motus ad expulſionem eorum, quæ ſubſtantiæ ventriculi adhærent.

Nauſea, eſt motus ad expulſionem eorum, quæ in cauitate ſunt, ſine expulſione, & aliquando cum expulſione.Gal.3.cauſ.ſymp.1. & Aui.13.3.tra.5. cap. 8.

Subuerſio, eſt motus expulſionis, cui nihil aſſociatur.Aui.ſup.

Eru-

Eructatio, eſt flatuum eductio, per os, cum ſonitu. A

Rugitus, eſt ſonus propter flatus qui in inteſtinis vagantur. Aui.ſup.cap.4.

Aeſtuatio, eſt caliditatis perceptio in ſtomacho. Aui.ſup.8.

Lienteria, ſiue lenitas inteſtinorum eſt velox expulſio eorum, quæ comedũtur, in eadẽ qualitate, & quantitate, per ſedem 4. Apho. 12.Gal.& 6. Apho.1. eſt velox exitus eorum, quæ comeduntur, atq; bibuntur, cum talia deijciuntur, qualia fuere deuorata. 3.Apho. 22.Gal. B

Ileos, vel volulus, eſt quando nihil inferius deſcendit, & ſæpe per os fæces excernũtur maximo cum cruciatu. 6. Apho. 44. & 7. 10. Gal.

Cholica, eſt affectio cum dolore vehementiſsimo, in inteſtino colon. 6. locis aff.2. Gal.

Dyſenteria, eſt inteſtinorum exulceratio, cum aliqua humorum putrefactione, aut ſine, 4.cõp. med. ſec.locis de dyſenteria. Gale. C

Tenaſmus, eſt exulceratio recti inteſtini, 3.cauſ.ſymp.2.de atra bile. 2.Gal.

Lumbrici, ſiue aſcarides, ſunt animalia quædam longa, rotunda, aut lata, in inteſtinis genita, ob calorem, & putredinẽ, 6.Aph. 26.Gal. & teretes etiam dicuntur, 14.met.18. Gal. vermes vulgari ſermone.

A Rhagades, ſunt fiſſuræ, cum vlceribus in ano. Aui.7.3.tra.1.cap.12.

Atrophia, eſt cum corpus non nutritur. Gal.1.metho.vlt.

Cacochymia, eſt cum corpus vitioſis humoribus nutritur.ſup.

Cachexia,eſt malus corporis habitus.ſup.

Hydrops,eſt epatis fruſtrata ſanguificatio 2.nat. facul.8.5.locis aff.6.6.Apho.12.& eſt triplex,aquoſa,humoralis ventoſa.4.Apho. 12.4.acut.14.Gal.

B Priapiſmus, eſt cum coles in longitudine, & circulo totus augetur, nullo ſtimulante ad libidinem deſiderio.6.locis. aff.6.Gal.

Gonorrhæa eſt ſeminis aſsidua excretio, cole haud quamquam extenſo.ſup.

Diabetes,eſt vrinæ profluuium.1.criſi.12. Gal. aut eſt potus in eadem quantitate, & qualitate, perperam excretio, vitio renum, loc.aff.6.cap.4.Gal.& aſsimilatur lienteriæ.

Iſchuria, eſt vrinæ retentio.

C Stranguria,eſt vrinæ ſtillicidium. ſup.Gal.

Hernia, ſiue ramex, eſt teſticulorum tumor,à quacũq; cauſa,de tumorib.preternat. 18.Gal.ſi aquoſus humor, hydrocelen, & ſic de reliquis: vt epiplocelen ideſt omenti deſcenſus, 6.anat. adm.3.

Tentio,eſt illa paſsio in qua cõtinue exſurgũt cũ cacare vehemẽter appetãt. 7.Aph.27.

Abortus, eſt partus in lucem eductio intẽpeſtiua,3.Aph.12.aut eius corruptio. 5.Aph. à 52.ad 56.Gal. A

Mola, eſt carnis conceptus inutilis, & informis.14.vſup.7. Gal. vel eſt geſtatio vteri, recedens ab habitu naturæ, tota ſubſtantia. 14.metho.13.Gal.

Menſtrua, ſunt purgationes, ſeu excretiones ſanguinis ſuperflui; collecti in venis, ad vterum pertinentibus ſingulis menſibus. 13. vſup. 8.Gal.

Varices, ſunt venæ latiores in coxis, & cruribus, ex craſſo & melancholico humore. 6. Apho. 21.Gal. B

Nephritis, eſt renum vitium, 7. Apho. 35. Gale.

Calculus, eſt lapis, aut tophus genitus in renibus, aut veſica, ob craſsitudinem materiæ.3. in 6.vulg.15.Gal.

Cephalea, eſt totius capitis dolor. 5.locis aff.9.à quacunq; de cauſa.Gal. diff. ſymp.3.

Hemicranea, eſt dolor capitis, ſecundum medietatem, 2.diff.feb.11. Gal. C

Clauus, eſt dolor in vna parte capitis, fix°.

Otalgia, eſt aurium dolor, ſicut cardialgia cordis.diff.ſymp.3.Gal.

Sphacelus, eſt vehemens dolor, & plura ſignificat.2.loc. aff.2. Gal.

Arthritis, eſt in omnibus articulis dolor.

A 11.met.20 Gal.& 10. comp.med.2. loco.23.

Iſchias, ſeu coxendicus,in oſſe iſchia.ſup. Gal.

Podagra, in pedibus dolor, cum inflammatione,aut etiam cum humorum fluxione. 6. Apbor.49. Gal. vti chiragra, in manibus, Trinca.diff.feb.11. folio 611.b.

Phrenitis,eſt inflammatio membranarum cerebri,aut ipſius cerebri, ex copia bilis putreſcẽtis,cum febre continua,& delirio perpetuo.2.cau.ſymp.7.3. in 3. vulg.44. & 76.2.

B in 1.vulg. 19.& 72.4. locis aff.1.5. eiuſdem 5. 1.in 1. proret. 1.Gal.

Lethargia,eſt inflammatio cerebri aut mẽbranarum eius ex copia pituitæ putreſcẽtis, cum febre continua,& ſomno profundo, lædens actiones animales. 13.meth.20. de præſa.ex pul.8.de comate. vltimo diff. ſymp.3.3. loci:aff.3.Gal.& de phrenitide.

Apoplexia,eſt deperditio ſenſus,& motus totius corporis, illæſa reſpiratione, ob ven-

C triculorum cerebri obſtructionem, à materia pituitoſa.3. locis aff.7. & 10. diff.ſymp.3. 1.meth.9.2.Apho.42.6.51.Gal.

Paralyſis, eſt deperditio ſenſus, & motus dimidij corporis,ob pituitæ copiam obſtruẽtem dimidiam partem ventriculorum, cerebri,vel partem ſpinalis medullę. 1.cauſ.ſymp. 5.& 3.3.& 4.loc.aff.2.& 5.3. eiuſdem. 10.Gal.

Epilepſia, eſt totius corporis conuulſio cum læſione principalis facultatis, ob pituitæ copiam, obſtruentem ventriculos cerebri, aut cerebrum ipſum, in ipſo etiam genitam, aut aliunde tranſmiſſam diff. ſymp. 3. 3. loc. aff. 5. & 7. & 1. loc. aff. 2. 4. Apho. 26. 2. Apho. 47. 1. in 6. vulg. 6. Gal. A

Tetanos, eſt totius corporis rigiditas, ob contractionem inuitam muſculorum, retrahentium æqualiter, de motu muſculo. penul. 4. Apho. 57. 5. Apho. 6. Gal.

Emproſtothonos, eſt muſculorum retractio, in anteriorem partem, vti opiſtothonos in poſteriorem: tria autem hæc à materia pituitoſa, vt plurimum. Gal. de Tetano. B

Caros, ſiue ſopor, eſt deperditio ſenſus, & motus in corpore illæſa reſpiratione, ab humore pituitoſo, vt apoplexia, ſed differt; quòd caros in bonam valetudinem, & magis in ventriculis cerebri, & in parte anteriori. Gal. 4. loc. aff. 2. diff. ſymp. 3. 2. in 1. proret. 29.

Catalepſis, ſiue vigilans, cathocus, aut ſopor, idem quod caros, ſed magis pars poſterior cerebri læditur, & oculi aperti manent, in ſopore vero clauſi. Gal. ſup. loc. aff. C

Coma, eſt propenſio, ſeu delatio in ſomnum, non tamen ſemper dormiunt, ſed dormire conantur, quod eſt, ac ſi diceres, cataphora, vigil, & ſomnolenta, Gal. de comate 1.

A in 1. proret. 1. & 3. in 1. 1. 2. in 1. 6. & 29. diff. ſymp. 3. 2. de artic. 18. 4. loc. aff. 2. 2. in 3. vulg. 12. in his locis, nec non 2. in 1. proret. 56. 1. in 3. vulg. 7. 4. ſanit. tuend. 4. 1. prædict. 4. videtur ſibi ipſi contrarius. Gal. de his nominibus car s ſcilicet ſopor, catalepſis, vigilans ſopor, cataphora, coma, cathocus: Nam ratione loci: ac claudendorum, & aperiendorum oculorũ, delationiſque in ſomnum; & deperditionis ſenſus, aut motus, & ſenſus, & motus, & ſenſus, aut motus; nec non, febris inter ſe differre videntur. quomodo autem id fiat, ipſe vide, & Galeni loca perpende. B

Mania, & melancholia, ſunt læſiones rectricis facultatis ſine febre; mania eſt inſania; melancholia autem mœror, Huiuſce rei cauſſam reddere qui ſciat, vix reperias vllum. 2. cauſ. ſymp. vltimo. Gal.

Vertigo, ſeu ſcotomia, eſt viſus hebetatio, à re parua. Perſæpe autem concidunt, qui ea corripiuntur; præcipuè, ſi quid rotare videntur. 3. locis aff. 8. Gal. 4. Apho. 17. vertigo autem eſt, quando res viſæ circum volui videntur, & ſenſus viſus repētè labefactatur, ſibiq; tenebras offundi putat. Gal. C

Obliuio, eſt rerum præteritarum ignorantia, & ſæpe ſui nominis. Secundo cauſ. ſymp. 17. ac vltim. Gal. ex cerebri refrigeratione, cum materia, & ſine: aliàs memoria deper-

dita,

dita, ab Autoribus de morbis parti.

Tremor, eſt motus inuoluntarius, ſurſum, & deorſum, propter virtutis imbecillitatem, de palp. 4. & 5. cauſ. ſymp. 22. 7. Aphor. 11. Galen. A

Stupor, eſt refrigeratio inſignis, cum motu, & ſenſus difficultate, inſenſibilitate, & immobilitate 2. loc. affec. 1. 5. Aph. 5. pri. cauſ. Symp. 5. Gal. & magis in membris ſenſibilibus.

Torpor eſt idem quòd ſtupor; ſed magis in membris mobilibus, 1. cauſ. ſymp. 4. & 2. eiuſdem 2. Gal. B

Horror, eſt motus illegitimus naturæ, morboſos affectus concomitans à materia bilioſa, 2. cauſ. ſymp. 1. & 6. Apho. 5. de palpit. & tremo. 6. eſt ſolius cutis affectio.

Triſmon, eſt concuſsio, ſiue motus vehemens, ac dentium ſtridor, cauſ. ſymp. ſupr.

Rigor, eſt vehemens, ac violenta corporis agitatio, adeo vt, quamuis viriliter reluctetur, ille quem afficit, ſe continere nequeat, de palp. & tremo. 6. Gal. multa de horrore, & rigore 2. cauſ. ſymp. per plura cap. C

Palpitatio, eſt partium, aut totius dilatatio, ac reſtrictio, ab aerea ſubſtantia 2. cauſ. ſymp. 2. de tremo. rigo. & conuul. 5. eſt quædam res, præter naturam in eleuatione, & depreſsione membrorum inſtrumentaliũ ab

A inualida virtute, vti tremor, a flatuoſo ſpiritu ob frigiditatem, 1. in 1. proret. 29. & 34. Gale.

Concuſsio, vel vibratio, eſt totius, aut parti, commotio, & agitatio, ab aliquo acciden. 2. cauſ. ſymp. 1. & 7. Apho. 59. Gal.

Conuulſio, eſt retractio inuoluntaria, ad propria capita muſculorum, & præcipuè in neruoſis partibus, 6. Apho. 39. 4. metho. 1. eſt vnitatis ſolutio, vide 3. eiuſdem 1. 1. cauſ. morb. vltimo.

B Pandiculatio, vel oſcitatio, eſt perceptio inæqualitatis totius corporis, naturæ inſtinctu diſtendens. 2. cauſ. ſymp. 5. vide 2. eiuſdem 1. & 3. vltimo Gal.

Febris, vtiq; eſt cum calor tam immodicè auctus eſt, vt & hominem offendat, & actionem lædat. 8. meth. 1. Gal. cauſ. morb. 2. totius corporis immoderata caliditas, nec nō diff. morb. 5. Auic. vero 1. 4. 1. primis verbis aliter tu vide.

C Hæc pauca ſufficiant; cum plura addi poſſint à ſtudioſo lectore, & exercitato viro.

Sed quia perſæpe reperiuntur ægritudines, quæ ſunt propriæ vni membro, & proprio nomine appellantur; de illis etiam pauca quædam videntur notanda. Vt chylificatio ſtomachi, epatiſq; ſanguificatio, & alia pænè infinita, quæ ſunt adeò propria vni

mem-

membro, vt non reperiantur in alio. Hinc fit vt non ſolum arduum, ſed impoſsibile ſit, omnia narrare. Reliquum eſt vt veluti formularia quædam afferamus, ad vſum adoleſcentium; ab intemperie igitur frigida initiū ſumemus: quæ affectio in intemperie: ſerię eius curationis hūc inmodū exordiemur. A

FORMVLARIA ÆGRITVdinum in vniuerſali. Cap. III.

B

PRoponitvr tertio loco ab excell. viro, intemperies frigida curanda capitis, præmiſſa diffinitione, à qua indicationes ſumantur curatiuæ; docente Gale. 10. metho. 10. & 11. cap. 15. curationem aggrediar: eſt itaq; intemperies frigida, capitis mutatio, de naturali ſtatu, ad præter naturam, per exceſſum frigiditatis. Ex qua definitione, vna tantum indicatio ſumitur; alterandi, ſcilicet, ad calidum: quod commodę fiet recta adminiſtratione ſex rerum non naturalium, & medicamentis: ſit igitur primus in ordine aer; qui ſi ex ſui natura non erit calidus, omni ſolertia parabitur ad calidum, prout ſuperius de huiuſmodi præparatione, dictum eſt; ſed lucidioris doctrinæ gratia quædam etiā C

nos addemus, vt ſcilicet ignis in cubiculo,
A aut propè cubiculum ægri accendatur, ex lignis odoriferis, ſternatur pauimētū herbis, & folijs calidis, nec non aquis: ſuffumigationes fiant ſupra deſcriptæ; non prohibeatur hominū cōcurſus; feneſtræq; verſus meridiē ſint expoſitę, vt radij ſolares ingredi poſsint; & alia parentur, quæ calefacere habeant ipſum aerem: cibus erit panatella, aut panis tritus, tinctus iure pulli, aut carnis vitulinæ; alteratus pipere, cinamomo, aut aliquo alio
B aromate Potus erit vinum, aut aqua. mellis, Somnus erit potius breuis, quàm longus: vigiliæ erunt magis laudandæ: ſic etiam motus magis, quàm quies. Nec animi penitus affectiones erunt ſpernendæ. Quod ſi aluus non erit fluida, medicamentis procurabitur quibus lubrica fiat. Quæ medicamenta tum per ſupernas, tum infernas ingerantur partes. Per ſupernas in hunc modum Rec. floris caſs.recẽs extractæ vnc. i.pul.aniſo.ſcr.ſ.
C miſce, & cum Saccharo fiat bolus, capiat per horam ante cibum. per infernas Rec.decoctionis quatuor herbarum emollientiū vnc. viij. ſalis ſcrop.ſ.olei vnc. iij. Caſsiæ fiſtulæ dra.vj. miſce, & fiat cliſter. Medicamentis tum per os aſſumptis; tum extrinſecus applicatis. Quæ per os, erunt electaria in forma liquida, aut ſolida: liquida, vt ſumendo mi-

uam

uam citoniorum, cum aromatibus, ſirup. de betonica hyſopo; aut quid ſimile. Solida, vt aromaticum roſatum diacimirium, & id genus. Extrinſecus erunt inunctiones ex rebus calidis,& ſimilia; prout ſuperius no[illegible]ta ſunt. Quibus omnibus peractis, tolli[illegible] ipſa intemperies frigida; Reliquum eſt, vt corroboretur corpus, ne facile recurrat in hanc affectionem; quod fiet ſumendo [illegible] eriacam, aut mitridatum, ad drag. 1. ſuperbiben do vini optimi ad vnc. iiij. & hæc ſit prima formula ſequitur ſecunda. A

B

Proponitur tertio loco intemperies calida curanda capitis, cuius talis eſt definitio: intemperies capitis calida, eſt mutatio de naturali ſtatu, ad præter naturam, per exceſſum caliditatis, ex qua definitione vna tantum ſumitur indicatio, alterandi ſcilicet ad frigidum; quod commode fiet recta adminiſtratione ſex rerum non naturalium, & medicamentis. Aer itaq; ſi natura non erit frigidus, alterabitur ad frigidum, hoc pacto: Irrigetur cubiculum aqua ſimplici, frigida; ſternatur pauimentum folijs ſalicum, vitium, nenufaris, nymphææ, & ſimilibus; vitetur concurſus hominum, radijq; ſolares. Quæ omnia eò ſpectent, vt aer infrigidetur: prout latius ſupra, de aeris alteratione verba fecimus. Cibus erit panis tritus, panatella, aut C

panis

A panis infuſus in iure pulli, aut carnis vitulinæ, alteratus, ſucco aurantiorum aut omphacio, aut ex contuſione ſemin. melonum, aut quid ſimile: potus ſit, aqua hordei, aut aqua ſaccari: ſomnus conciliandus, inungendo tempora vnguento populeo, aut oleo ſomnifero, deſcriptione zeſar. Motus vitandus, quies imperanda; necnon animi accidentia vitanda, quoad eius fieri poterit. Etſi aluus non fuerit fluida, bolo caſsiæ, aut enemate reddetur fluida. Nẽpe R. decoc. & reli-
B qua put in ſupraſcripta curatione dictũ fuit; aut Recip. mannæ electæ vnc. ij. electuarij lenitiui vnc. ſ. & cũ aqua cicoriæ fiat potio; capiat per horam ante cibum: Medicamẽtis verò, per os aſſumptis aut extrinſecus applicatis in forma humida, aut ſolida: in forma humida, vt ſaccaro roſaceo, & violato, ſirup. acetoſo de endiuia, & ſimilibus: in ſolida, vt diacodio, & reliqua. Exterius applicata medicamenta erunt vnctiones ex oleis frigi-
C dis, & liquoribus herbarum frigidarum; Quibus omnibus peractis, tollitur ipſa intemperies. Si verò ſuſpicio fuerit, ne denuò fiat obnoxius eidem affectioni, totum corpus corroborabimus, exhibentes ſaccarum roſaceum per aliquot dies. Deinceps ad alia quædam veluti formularia.

Proponitur intemperies ſicca capitis, aut

alicuius partis, vt puta manus curanda, à A
præmiſſa definitione; curationem aggrediar. Eſt itaq; intemperies ſicca manus, mutatio de naturali ſtatu, ad ſtatum præter naturam, ob nimiam ſiccitatem. Ex qua definitione, vna tantum ſeſe offert indicatio alterandi ad humidum; quod fiet commodè recta adminiſtratione ſex rerum, non naturalium; & medicamentis, eodem modo, ut in intemperie calida dictum eſt; nihil prætermittendo: Sed potius quædam addendo, in regimine ſex rerum, non natura- B lium, atque in ipſis medicamentis, ſi opus erit.

Proponitur intemperies humida curanda: Sed cum ex definitione ſumantur indicationes curatiuæ, primò ipſam definiam; Quæ eſt mutatio, de naturali ſtatu, ad ſtatum præter naturam, per exceſſum humiditatis. ex qua definitione; vna tantum emergit indicatio, alterandi ſcilicet ad ſiccum. curabitur autem eodem modo, quo C intemperies frigida. addendo, & diminuendo regimen, ſex rerum non naturalium, & adminiſtratio medicamētorum, ad libitum.

Proponitur intemperies calida, à materia biliosa, putreſcente in membranis cerebri, aut ipſo cerebro, cum delirio continuo, quę dicitur phrenitis, cum autem ex definitione

ſuman-

A ſumantur indicationes curatiuæ; primò definitionem in medium afferam; quæ eſt, mutatio à naturali ſtatu, ad pręter naturam, per exceſſum caliditatis, ob putreſcentem materiam bilioſam, in membranis cerebri, ex qua ſequitur delirium continuum. Ex hac definitione, tres indicationes ſumuntur curatiuæ, Prima à morbo, ſcilicet intemperie; Secunda à cauſa nempe materia bilioſa putreſcente; Tertia à ſymptomate, quod eſt delirium. Verum cum ſymptoma non poſ-
B ſit remoueri à morbo, nec morbus ſit ſine cauſa (eſt enim perpetuò coniuncta morbo.) Ideo ad ablationem cauſæ erit principium curationis. 11. Metho. 12. & 12. cap. 1. 7. & 9. nec non 11. Metho. 2. & 4. & 13. Metho. 4. Gal. cauſa verò conſideratur duobus modis; genita ſcilicet, & quæ de nouo generatur. 10. Metho. 1. & 15. cap. 6. Gal. Sit igitur prius ad prohibitionem materiæ, quæ de nouo generatur, quàm ad genitam euacuandam in-
C tentio. 11. Metho. 10. & ſup. Gal. prohibebitur verò regimine ſex rerum non naturaliũ, cauſæ contraoperantium 10. Metho. 8. Gal. aer itaq; ſi natura non erit frigidus, parabitur ad frigidum, vt Gal. ſup. & prout in intẽperie calida dictum eſt: necnon de aeris præparatione ad frigidum; & aliæ res non naturales adminiſtrentur, prout ſupra prohibita

gene-

generatione materiæ genitam euacuabimus, quæ diuiditur in tres partes, Gale. 13. A
Metho. 4. & 16. & 14. cap. 8. fluxam, ſcilicet fluentem, & in toto redundantem. Sed cu fluxa commodè tolli non poſsit, niſi pr[illegible] nibeatur fluens; nec fluens, niſi prohib[illegible]atur, quæ redundat in toto; Ideo à mat[illegible]ria redundante in toto, incipiendum eri.. [illegible]. 7. Metho. 11. & 3. loc. affec. 4. 14. Metho. 2. [illegible] quæ pluribus modis euacuatur, ſectione venæ ſcilicet, pharmaco, balneis, frictionibus, inedia: ſed præcipuè pharmaco, & chirurgia B
Gal. 11. Metho. 8. & 9. & 14. 7. At ſi vtriuſq; ſit intentio, à venæ ſectione erit inchoandum ſeruatis ſeruandis, quæ de ſectione venæ, & eductis cruditatibus inteſtinorum, ſi natura non deiecerit; aut ſi non ſit neceſſe. Gal. 11. Metho. 4. 14. 15. & 14. Metho. 7. exonerata natura, pro maiori parte, ſectione venæ reſiduum tolletur medicamento ſoluente concocta, & præparata materia, & fluido facto corpore 11. Metho. 15. & 12. 3. cap. & 2. C
Apho. 10. Sirup. & decoctis commodè præparabitur, vt Rec. Sirup. de endiuia, acetoſi Simp. acetoſitate citri, ana vnc. ſ. aquę decoctionis endiuiæ, acetoſæ, hordei, quatuor ſem. frigidorum, maiorũ, & minorum, vnc. 4. miſce pro ſirupo. & ſumat per tres horas ante cibum. concocta & præparata

materia,

A materia, ipſa educenda erit, tali medicamento: Rec. Sirup. roſati ſolutiui vnc. 4. ſ. diafini. dra. 1. & cum decocto ordinato fiat [illegible]rio, capiatq; in aurora, & ſtatim dormiat per [illegible]oram. Euacuata multitudine, quæ fuerat in [illegible]to, ea etiam quæ fluit, eſt ſiſtenda. Gal. 11. Metho. 15. reuellentibus, & conſtipantib[illegible] ſed primò reuellendum, vt locus det[illegible] conſtipationi, & repercuſsioni. Reuellentibus duobus modis; ſenſibiliter, & inſenſibiliter 14. Metho. 2. Gal. Senſibiliter
B ſectione venæ, pharmaco; inſenſibiliter frictionibus, balneis, ligaturis dolorē facientibus. Reuulſa materia vias, conſtipabimus refrigerantibus, & exſiccantibus. Gale. 13. Metho. 8. & 9. vt Rec. aquæ roſaceæ vnc. 4. olei roſati vnc. 2. aceti vnc. 1. conquaſſentur ſimul, & madefacto linteolo, capiti applicentur, ſeruatis ſeruandis, ſcilicet abraſis capillis, & impoſitis, quæ prohibeant ne tale exorodinum in oculos incidat. Conſti-
C patis vijs ne fluat materia; fluxam tollemus, Gal. 13. Metho. 9. & 14. cap. 2. Quod fiet euacuando materiam per partem affectam, aut deriuando, & repellendo ad partes propinquas deriuabitur ante ijſdem modis, quibus in reuulſione dictum fuit, frictionibus, balneis, ſectione venæ cucurbitulis, cum ſcarificatione, & ſine, vt pote ſenſibiliter, & in-

ſenſibi-

ſenſibiliter, ſed præcipuè ad os,& nares; Ad os duobus modis; maſticatorijs, & gargariſmatibus: maſticatorijs, vt maſticando maſticen,cum paſſulis,aut chartam albam;Gargariſmatibus, vt gargarizando decoct. .n bliti: Sternutatorijs pluribus modis,vt: . trahendo pulueres, aut aquam bliti, aut uciniū naribus applicando: Quæ tamen d. . uationes in materia calida, & oculorum affe. tionibus ſunt periculoſæ, & melius prætermittendę, quàm cum ægri nocumento adhibendæ. Per partem affectam duobus modis: ſenſibiliter, & inſenſibiliter. Senſibiliter, vt ſecando venam frontis, aut cauſticis medicamentis actualibus, & potentialibus, de quibus ſupra inſenſibiliter; oleis vnguentis,emplaſtris, ceratis, lixiuijs, multifariam applicatis, tam irrorando caput, aut partē; quàm fomentando per fundendo, lauando,tergendo,& ſimilia, ex rebus congruentibus,vti dicemus in narratione ſimplicium.Quibus omnibus peractis tollitur cauſſa morbi,morbuſque, & ſymptoma. Reliquum erit vt totum corpus corroboremus; quòd fiet exhibendo ſacchari roſati ad vnc.ſ. ſuperbibendo aquā endiuiæ ad vnc.iiij. per tres horas ante cibū.

Proponitur tertio loco intemperies curanda frigida, & humida a materia pituitoſa putreſcente in ipſo cerebro, aut membra-

A nis, cum ſomno profundo; Quæ affectio, lethargia dicitur. Antequam autem ad eius curationem deſcendam, diffinitionem prius afferam, à qua indicationes curatiuæ ſumuntur. Eſt itaq; intemperies frigida, & humida, à materia pituitoſa putreſcente in membranis cerebri; aut ipſo cerebro, mutatio de naturali ſtatu, ad præter naturalem, ob auctionem frigidi, & humidi à materia pituitoſa, cum ſomno profundo. Ex qua diffinitione, patet morbus, morbiq; cauſa, & ſymptoma: à qui-
B bus indicationes curatiuæ ſumuntur. Sed cũ ſymptoma non poſsit tolli remanente morbo, nec morbus remanente cauſa: a cauſa erit inchoandum, quæ eſt duplex; genita, & quæ de nouo generatur: (quæ verò ſupra citatæ ſunt auctoriates, breuitatis gratia non repetantur;) ſed cum genita non poſsit commodè remoueri, niſi prius prohibeatur, quæ de nouo generatur, quæ eodem tramite prohibebitur, prout in intemperie frigida dictum
C fuit, addendo aut remouendo, ut viſum fuerit. Vnum hoc non negligendum, quòd huiuſmodi prohibitio ſæpe in fine curationis ponitur. Prohibita ergo generatione materiæ, genitam euacuabimus, quæ triplex eſt: fixa ſcilicet in parte, fluens in vijs, & redundans in toto. ſed cum ea quæ ſunt priora in inuentione, ſint poſteriora in curatione, à

redun-

redundante in toto, erit incipiendum; idq́; fiet pluribus rationibus vti diximus: ſed prę- A
cipuè ſectione venæ, ac pharmacia; & ſi vtrũque ſit præſtandum, à venæ ſectione erit incipiendum, ſeruatis ſeruandis, & eductis [illegible]uditatibus inteſtinorum, bolo caſsiæ, au[illegible]ſtemate: prout in curatione ſupraſcrip[illegible] dictũ eſt. Euacuata multitudine, & exon[illegible]ta natura, reliquum tollemus medicamento [illegible]urgante. Concocta materia, & apertis vijs, fluidoq; facto corpore, ſirup. aquis, ac decoctis, vt Rec. ſirup. de betonica, hyſſopi an. vnc. j. B
aquarum betonicæ, & hyſſopi, vnc. iiij. miſce, pro ſirup. concocta, & præparata materia ipſam purgabimus medicamento ſoluente, vt Recip. mellis roſati ſol. vnc. iiij. ſ. agarici trociſcati dra. j. & cum aqua betonicæ fiat potio ſumenda in aurora, vel R. agarici boni, & ele. dra. j. ſ. ſalis gemmæ, ſcro. ſ. minutim concidantur, & infundantur in aquam betonicæ ſufficientis quantitatis, per horas decem, facta leui ebullitione, & forti expreſsio- C
ne, addantur mellis roſati ſol. vnc. ij. ſ. & cum aqua betonicæ fiat potio. cap. vt ſup. vel Rec. pill. cocciar. dra. j. pill. fœtidarum, dra. ſ. reformentur cum melle roſato ſolutiuo, & fiãt pill. ſumat vt ſup. Euacuata multitudine exiſtente in toto, quæ fluit, ſiſtenda eſt, reuellentibus, & conſtipantibus: reuellentibus,

A frictionibus, balneis, ligaturis dolorem facientibus, cucurbitulis, & clyſteribus conſtipantibus, vt oxorrhodino ſupra capiti appo ſito, & ſeruatis quæ ſeruanda ſunt: reuulſa & conſtipata materia, quæ facit morbum, ideſt quæ fixa eſt, erit remouenda: remouebitur deriuantibus, & euacuantibus. Deriuabitur iiſdem rationibus, de quibus in reuulſione dictum eſt; ſed præcipuè ad os, & ad nares. Ad os, vt commanducando maſtichen: cum paſſulis, aut gargarizando decoctum ſta
B phiſagriæ, & corticum radicum capparum: ad nares errhinis, vt madefaciẽdo licinia, in aqua betæ, aut aqua mellis, aut attrahendo aquam amaraci, aut betæ, aut mellis, aut inſufflando pulueres, hellebori albi, aut nigri, aut piperis, aut nigellæ. Deriuata materia, quæ fixa eſt, tolletur duobus modis, ſenſibiliter, & inſenſibiliter; ſenſibiliter, vt ſectione venæ, & cauſticis, medicamentis actualibus, & potentialibus: inſenſibiliter oleis, vnguen-
C tis, emplaſtris fomentationibus, lixiuijs, & eiusmodi; quibus omnibus peractis tollitur cauſa, morbus, & ſymptoma. ſupereſt vt totum corpus corroboretur, & fiet ſi exhibuerimus aromatici roſacei ad dra. ij. aut iij. tempore matutino per aliquot dies, ſuperbibendo aquam betonicæ ad vnc. iiij. aut vj. [illegible]

Proponitur intemperies, frig. & ſiccaa mate-

materia melancholica putreſcente in cerebro, aut partibus circumiacentibus, cum furore. præmiſſa diffinitione a qua indicationes curatiuæ ſumuntur, curationem aggrediar. Eſt itaq; intemperies frigida, & ſicca, à materia melancholica, cùm furore, mutatio de naturali ſtatu, ad præter naturam per exceſſum frigiditatis, & ſiccitatis; à materia melancholica, cum furore. Ex qua diffinitione patet morbus, cauſa, & ſymptoma. ſed cum ſymptoma non poſsit tolli remanente morbo, nec morbus remanente cauſa à cauſa erit exordienda curatio; nempe à materia melancholica, quæ duobus modis conſideratur; genita, & quæ de nouo generatur. A prohibitione materiæ, ne de nouo generetur, erit inchoanda curatio; quòd fiet recta adminiſtratione ſex rerũ vtſup. contraoperantium. Aer ergo eligatur cal. & humidus aut omni ratione paretur, prout in calida, & in frigida intemperie dictum fuit: & ſic aliæ res non naturales vergant ad hanc intentionem. prohibita generatione materiæ, genitam euacuabimus; quæ tribus modis conſiderari poteſt; fixa in parte, fluens in vijs, ac redundans in toto. Nos autem debitam methodum ſeruantes, ab euacuatione materiæ redundantis in toto incipiemus. Quòd fiet varijs modis, prout ſup. de intemp. cal. A B C

A ſed præcipuè ſectione venæ, ac pharmaco: ſi vtrumq; ſit præſtandum, à ſectione venæ erit initium, ſeruatis ſeruandis, & eductis cruditatibus inteſtinorum, prout ſup. Euacuata multitudine, pro maiori parte; reliquum euacuabimus medicamẽto ſoluente, concocta & præparata materia, prout ſup. ſirup. & decoctis, aquis. vt R. ſirup. de fumoterræ, & epitimi, an. vnc. j. aquarum fumiterræ, & epitimi, vnc. iiij. miſce pro ſirup. concocta, & præparata materia ipſam euacuabimus tali ſol-
B uente medicamẽto, vt R. ſirup. de fumoterrę ſol. vnc. iiij. ſ. confectionis hamcho. dra. j. ſ. miſce, & cum aqua fumiterræ fiat potio: capiat in aurora, aut exhibeatur infuſio hellebori, de qua infra, aut pillulas, vt Rec. pill. de fumoterræ dra. j. de lapide dra. ſ. reformẽtur cum melle roſato, & fiant pill. capiat utſup. Euacuata multitudine, exiſtente in toto, quæ fluit, uenit ſiſtenda; quod fiet eiſdem rationibus, prout ſup. ne eadem ſæpe repetendo
C tædium obtrudamus. Reuulſa, & conſtipata materia, quæ fixa eſt, tolletur deriuantibus, aut per partem euacuantibus, eadem methodo qua ſupra. quia compendiariam, profitemur traditionem; id propter fugiendam iudicamus iteratione: Hiſce igitur omnibus peractis, tollitur cauſa, morbus, & ſymptoma: ſupereſt, ut corpus corroboretur, propinan-

nantes diaboraginati, aut diabugloſſati ad vnc.j.per aliquot dies, ſuperbibendo aquam boraginis ad vnc. iiij. A

Proponitur intemperies curanda cal. & humida capitis,aut alterius partis, ob copiã ſanguinis,cum feruore,& æſtuatione. Definitione in medium prolata,curatione aggrediar; cum rectam,& inculpatam curationem non poſsimus præſtare, niſi prius rem ipſam definitione aperuerimus à qua indicationes curatiuę ſumuntur. Eſt itaq; intemperies cal. & humi. capitis, ob copiam ſanguinis cũ feruore, & æſtuatione, mutatio de naturali ſtatu, ad præter naturalem,per exceſſum cal. & hu. ob capiam ſanguinis, vnà cum feruore. Ex qua definitione,cauſa,morbus,& ſymptoma cognoſcitur. Morbus inquam eſt intemperies; cauſa, copia ſang. ſymp. feruor: ſed quia ſymptoma non poteſt tolli, remanente morbo,nec morbus,remanente cauſa;à cauſa erit principium curationis; quæ eſt duplex: genita, & quæ de nouo generatur. à prohibitione materiæ inchoabimus,quæ fiet recta adminiſtratione ſex rerum non naturalium,declinantium ad frigidum,& ſiccum; ſi non natura, arte paranda erunt. quarum rerum præparatio colligenda ex locis proprijs,vt ſupra diximus. prohibita generatione materiæ, genitam euacuabimus; quæ eſt B C

A triplex, fixa in capite, fluens in vijs, ac redundans in toto. quæ primò venit euacuanda, commodè fiet venę ſectione; licet etiam alijs rationibus, ſeruatis tamen ſeruandis, & educta cruditatibus inteſtinorum. Euacuata materia exiſtente in toto, quæ fluit, erit ſiſtenda eodem modo quo ſupra. Reuulſa, & conſtipata materia, fixam euacuabimus, deriuando materiam ad partes propinquas, aut euacuando per partem affectam; deriuabimus duobus modis, ſenſibiliter, aut inſenſibiliter;

B vt frictionibus, & ſimilibus, necnon ſectione venæ, & omnibus ſeruatis prout ſupra dictũ fuit. quibus omnibus peractis, tollitur cauſa, & morbus, necnon ſymptoma. Reliquum erit vt corpus corroboretur, & ſi qua intemperies reliqua ſit, tollatur, quod fiet ſumendo ſaccharum roſaceum ad vnc. ſ. aut ad dr. vj. quotidie tempore matutino ſuperbibendo aquam endiuiæ ad vnc. iiij. aut vj.

Proponitur linguæ tumor quo eiuſdẽ lin-

C guæ actio tollitur; præmiſſa definitione curationem aggrediar. Eſt itaq; linguæ tumor, mala membri compoſitio, ratione magnitudinis, cum nimis ſit aucta. ex qua definitione, vna ſumitur indicatio, vt ſcilicet remoueatur ipſa magnitudo, quæ remouebitur topicis, ſeu localibus adhibitis; vt colluendo linguam ſucco lactucæ, per aliquot dies, purgato

gato tamen corpore ſecundum opportunitatem: prout Gal. 14. metho. 8. curauit linguę magnitudinem, & ſemper animaduertendũ ſecundum. Gal. vt prius totius quã partis habeatur ratio. 7. metho. 11. 13. metho. 11. ... de arte curat. ad Glauc. 2. 3. locis aff. 4. ... A

Proponitur tertio loco, curatio ... xti digiti. in cuius curatione definitionem ... præmittam: eſt itaq; ſextus digitus, morbus in mala compoſitione, ratione numeri aucti, ex qua definitione, vna tantum ſeſe offert indicatio, reſcindendi quod ſuperfluum eſt, & cõmodè recta adminiſtratione alicuius partis chirurgiæ, aut pharmaciæ, adhibita prius de toto conſideratione, vti ſupra. B

Proponitur tertio loco cura luxationis oſſis brachij. Tradita prius cognitione, per definitionem, curationem aggrediar: eſt itaq; oſsis brachij luxatio, mala membri compoſitio ratione mutationis ſitus ipſius oſsis. ex qua vna, ſeſe offert indicatio, reponendi in locum, quod fiet ope chirurgica, toto diligenter conſiderato, prout ſup. & prout anatomici varia, & neceſſaria præparant ad curationem eiuſmodi. C

Proponitur tertio loco glabrities manus curanda: cum autem definitio ducat nos in cognitionem indicationum curatiuarum, à definitione initium ſumam, Eſt itaq; manus

glabri-

A glabrities morbus, in mala compoſitione, ratione formæ vitiatæ manus, ob glabritiem: ex qua definitione vna tantum ſeſe offert indicatio remouendi glabritiem; commodè autem tolletur ope chirurgica, ſeruatis ſeruandis, & circa totum adhibita perſpicientia.

Proponitur phlegmō ſeu apoſtema curandum: præmiſſa definitione curationem aggrediar; eſt itaq; phlegmon, inflammatio cū tumore, in parte carnoſa, intenta, renitens, cum dolore pulſatili, & colore rubicundo.

B Ex quibus colligitur, quòd eius materia ſit ſanguis bilioſus, corruptus, diſtendens continuum. Ex qua definitione colligitur, quòd phlegmon ſit in triplici genere morbi, in intemperie ſcilicet, cum ſit inflammatio; & in mala compoſitione, cum ſit collectio materiæ in parte ex qua vitiatur compoſitio, nec non in ſolutione continui, cum partes ſeparentur ab inuicem: nec non plura ſymptomata ſequuntur, vt rubor, dolor, & reliqua

C ex quibus indicationes curatiuæ ſumuntur. ſed cum morbi dependentes à cauſa, nō poſſint tolli, niſi prius remoueatur cauſſa; ideò à remotione cauſſæ erit exordienda curatio, quæ eſt duplex; genita, & quæ de nouo generatur. à prohibitione verò nouæ materiæ incipiemus; quod fiet recta adminiſtratione ſex rerum non naturalium cōtraope-

rantium

rantium omnia præparanda erunt, ad frig. & hu. vti diximus: prohibita generatione mate A riæ; genitã tollemus quæ tribus modis conſideratur; fixa in parte, fluens in vijs, & redundans in toto. à redundante in toto incipiemus primò, mox ad fluentẽ accedemus, quemadmodum ſupra dictum fuit, & eãdẽ methodum ſeruantes. Materiam verò fixam tollemus concoquentibus, maturantibus, putre facientibus, cicatrizantibus, & conſolidantibus: vltimò corroborantibus vnguentis ce ratis, emplaſtris idoneis, quorum varia eſt B ſylua, & non ſolum apud veteres medicos, ſed etiam apud recentiores. Quibus omnibus peractis, tollitur cauſa, morbus, ac ſymptoma: ſupereſt vt totum corpus corroboremus, ſumendo ſacchari roſa. vt ſup.

Proponitur curatio fracturæ oſsis, tibiæ cum carnis ruptione, premiſſa definitione curationem aggrediar. Eſt itaq; fractura oſsis tibiæ fractio ipſius oſsis, cum carnis ruptione, ex qua definitione, patet morbus, C & morbi ſymptoma, ſed cum ſymptoma nõ poſsit tolli, remanente morbo, à morbo erit exordienda curatio, quæ eſt oſsis fractio, quæ perficietur pluribus modis. Primò reponendo ipſum os in proprium locum. Secundo prohibendo ne decidat à loco. Tertiò rectam adminiſtrationem ordinando in

ſex

A ſex rebus non naturalibus; ne copia materiæ generetur, quæ fluere poſsit ad locum affectum. Quartò reuellentibus, & deriuantibus, & conſtipantibus euacuantibus prohibere materiam, quæ in toto exiſtit, ne fluat ad partem læſam. Quintò reparare ea, quæ cicatrizare, & tophos generare habent, ſtatutisq; temporibus curare, faſcijs ligare, & omnia propinare, quæ in dies ordinanda ſunt. Nam longum eſſet curam per ſexaginta dies inſtituere, & auxilia opportuna in B medium adducere; prudentis igitur chirurgi relinquuntur iudicio, variante in dies curatione.

Proponitur dolor cholicus curãdus à flatu tertio loco; cuius definitio talis eſt; dolor cholicus, eſt triſtis ſenſatio, in inteſtino colon à flatu diſtendẽte inteſtinum. Ex qua definitione patet morbus, cauſa, & ſymptoma. Morbus eſt continui ſolutio, cauſa eſt flatus; ſymptoma eſt dolor. Sed cum ſymptoma C non poſsit tolli, remanente morbo, nec morbus remanente cauſſa; à cauſſa erit incipiendum. quæ duobus modis conſideratur, genita ſcilicet, & quæ de nouo generatur, prohibitio materiæ, prima erit in ordine, prohibebitur autem recta adminiſtratione ſex rerum non naturalium, prout diffuſè in eorum recta adminiſtratione diximus. Prohibita

 genera-

generatione, genitã tollemus medicamẽtis per interius adminiſtratis, nec non exterius applicatis. interius duobus modis; per ſuperius, & inferius, diuerſimodè parando medicamenta: nam per ſuperius medicamenta in forma fluida, liquida, ſolida, craſſa, & medio modo ſe habentia, flatus diſcutientia, vt dianiſi, diacimini, diatriton, pipereon, decoctio carminatiua. Per inferius erunt enemata carminantia, & ſuppoſitoria conferentia. per exterius fomentationes, olea, emplaſtra, & id genus quorũ præparatio apud eos, qui verſantur in praxi innumerabilis pœnè eſt. Vltimò totum corpus erit corroborandum, ſumendo aromatici roſacei, ad vnc. ſ. ſuperbibendo vini aromatici ad vnc. iiij.

Proponitur dyſenteria curanda, tertio loco; præmiſſa definitione, curationem aggrediar. Eſt itaq; dyſenteria exulceratio inteſtinorum, à materia biliosa, corrodente vellicante, exulcerante, inteſtina, cum febre, dolore, torminibus, nec non aſsidua deiectione per ſedem. Ex hac definitione, patet morbus, qui eſt continui ſolutio: cauſſa, quę eſt bilis acris, & mordax; nec nõ ſymptoma, vt febris, dolor, & aſsidua deiectio, non ſolum fæcum, ſed ramẽtorum diſsimilium. ſed cum ſymptomata non tollantur, remanente

nente

nente morbo, nec morbus, remanente cauſ-
A ſa, à cauſſa erit initium curationis; quæ eſt
duplex, genita & quæ de nouo generatur. à
prohibitione cauſſæ nouæ incipiemus; quod
fiet recta adminiſtratione ſex rerum non na-
turalium, quæ non ſolum reſpiciant bilis
generationem, ſed etiam fluorem; vnde zea
commodè erit pro cibo, potus erit aqua cha
lybeata. prohibita generatione, genitam tol
lemus abſtergentibus, & materiæ acredi-
nem contemperantibus, vt inijciendo ene-
B mata, ex aqua hordei, cum ſaccharo rubeo,
& vitellis quorum, aut ex lacte chalybeato,
aut cremore ptiſanæ. Abſterſa materia, par-
tem conſolidabimus enematibus, quibus
plantaginis ſuccus, & puluis litargirij ſit
immiſſus. Nec ab re erit, per ſuperius admi-
niſtrare ea, quæ acredinem bilis coerceant,
& exulcerationem remoueant: vt puluis boli
Armenij orientalis. Prociſci di charabe, aut
ſpodio cum ſemine acetoſæ ſirupi, quæ de
C ſucco acetoſæ, aquamq; acetoſæ, ptiſana nō
cōuenire videtur, ratione ſuæ fluxibilitatis:
præparabuntur ea, quæ extrinſecus applici-
ta fluorem prohibere videntur, vt olea, &
vnctiones idoneæ affectioni. Poſtremò ſi qua
materia fuerit relicta in ipſis inteſtinis, rheu-
barbaro torrefacto euacuabitur. Quibus
omnibus peractis tollitur cauſſa, morbus, &
ſym-

ymptoma. Sequitur vt totum corpus corroboretur; quid fiet ſumendo ſacchari roſacei ad vnc. j. ſuperbibendo aquam acetoſæ ad vnc.iiij. A

ET EST FORMVLARE febrium. Cap. IV.

SED quia curationes morborum omnium ſi velimus adducere in medium, moleſtæ id fuerit prolixitatis: hæ interim ſufficiant; B quarum curationum formulæ deſeruire poterunt ad omnes curationes, cum omnes in hunc numerum colligantur. primo erit morbus. ſecundo erit ſymptoma, cum morbo. tertio erit cauſa, ſymptoma, & morbus: quarto erit morbus cum cauſa: quinto fixus in parte cum materia, nec non fluens, ac redundans in toto: ſexto erit morbus, cum materia in aliqua parte fixus â fluxione, & totius redundantia: ſeptimo erit morbus ratione totius, C ſine materia vt febris ephimera, & ethica, aut cum materia putri, aut non putri. De illis formulas quaſdam ponemus, cum ſine materia febres, vt intemperies calidæ curantur adhibita totius curatione: ſed antequam formulas febrium putridarum, aut ſecus profe-

ramus earum diuiſiones tradémus: Diuiditur ergo febris humoralis; Nam alia eſt putris; alia non putris quæ ſynocha, non putrida dicitur; diuiditurque in tres partes, quarum vna acmaſtica, ſecunda epacmaſtica: tertia paracmaſtica, & hæ ex feruore ſanguinis oriuntur. putris diuiditur iuxta tres alios humores, bilem namq; putridam, atrámque bilem, & pituitã: vnaquæq; verò in duas partes: in continuam ſcilicet, & intermittentem. continua rurſus diuiditur; alia enim eſt

B continua per ſubingreſsionem paroxiſmorum, aut per durationem (vt ita loquar) præter has febres, datur etiam febris putrida, nomine ardentis; quæ & ipſa ſinocha cum putredine nominatur. Hæc diuiditur, vt ſinocha non putrida, in acmaſticam epacmaſticam, & paracmaſticam. præter has dantur etiam febres diuerſorum nominum: vt lipyria, hepiala, peſtilens, ſyncopalis, & eiuſmodi; quæ à diuerſis effectibus nomina ſunt ſor-

C titæ. quarum febrium nomina ſuperfluum videtur, recenſere. Adhæc ex ſimplicibus commiſtis plurimæ compoſitæ febres repeiuntur, eędemque non rarò ex vno & eodé humore, aut ex duobus, aut pluribus; vt duæ tertianæ, aut quartanæ febris tertiana, nota quartanaq; aut quotidiana febris notã, ideſt in qua non peccat pituita tantum, aut atra

bilis,

bilis, ſed cum his etiam flaua, vnde nota dicitur; ideſt non ex ſimplici humore, ſed ex A
duobus vno prædominante, & ſæpe etiam poteſt fieri febris ex duobus humorib. equaliter peccantibus: vnde in immenſum febriũ compoſitarum cognitio trahitur. ſed hæ ſufficiant, formulæq; nonnullæ in med[illegible]m adducuntur, & primò tertianæ intermittentis exquiſitæ.

Proponitur febris tertiana intermittens curanda tertio loco, cuius definitio talis eſt; febris tertiana intermittens, eſt calor extraneus accenſus in corde, diffuſus per vniuer- B
ſum corpus, ob copiam bilis, extra vaſa putreſcens, acceſsiones faciens, de tertio, in tertium. Ex hac definitione, patet morbus, morbiq; cauſa, & ſymptoma: ſed cum morbus, non poſsit auferri remanente cauſa, nec ſymptoma, remanente morbo; ideò à remotione cauſæ ſiue materiæ erit introducenda curatio. quæ cauſa, ſiue materia, duobus modis conſideratur: genita, in toto ſcilicet, & C
quæ de nouo generatur; quæ primò remouenda erit, regimine ſex rerum, non naturalium, cauſæ contraoperantium: Aer itaq; ſi natura non erit frigidus, parabitur ad frigidum, vti diximus ſup. & ſic aliæ res non naturales vergent ad hanc intentionem. prohibita noua materia, genitam tollemus, venæ

A ſectione, & pharmaco præcipuè; & ſi alijs rationibus tolli poſsit: ſed ſi forte vtrumque ſit attendendum, à ſectione venæ inchoabimus ſeruatis ſeruandis, & deductis cruditatibus inteſtinorum vti ſup. Euacuata multitudine ſectione venæ, reſiduum tollemus medicamento ſoluente, concocta & præparata materia ſirupis, & aquis: vt Rec. ſirupi acetoſi ſimp. de ſucco acetoſę, acetoſitatis citri ac cicorij (cum in paſsionibus venarum, & epatis ſit ſatis laudabilis) an. vnc. ſ. aquarum en-
B diuiæ, cicorij, acetoſæ vnc. iiij. miſce pro ſirupo, & perſeueretur in ſirupis, donec materia ſit concocta, nullaq; euacuationē emolliente, naturam ipſam euacuabimus tali medicamento, & ſi etiam ſupraſcriptis poſſumus vti, vt R. rheubar. boni, & ell. dr. j. ſ. ſpicæ nardi. gra. vj. minutim incidantur, & aſpergantur vino albo, odorifero, & infundantur in aquā cicorij, per horas decem; tùm facta leui ebullitione, & forti expreſsione, addan-
C tur ſirupi roſati ſolutiui vnc. ij. diaſen. dra. j. & cum aqua cicorij fiat potio, capiat in aurora, nullo aduerſante. quibus omnibus peractis tollitur morbus, cauſa, & ſymptoma; Reliquum erit vt corroboretur corpus, ſumendo ſacchari roſacei ad dra. vj. ſuperbibendo aquam cicorij ad vnc. iiij. aut vj.

Eadem methodo curatur febris quartana,

na, ac quotidiana, variata adminiſtratione rerum non naturalium,& medicamẽtis,prout cauſa morbi requirit: nec non continuæ febres tam bilioſæ quàm pituitoſæ, & atrabiliariæ. A

Proponitur ſinocha putrida, cuius pmiſſa definitione,curationem aggrediar: Eſt itaq; febris ſinocha putrida, calor extraneus, accenſus in corde,diffuſus per vniuerſum corpus, ob putredinem maſſæ ſanguineæ præ dominante bile; quam febrim ſymptomata concomitantur. Ex qua definitione patent morbus, morbiq; cauſſa, & ſymptomata, à quibus indicationes curatiuæ ſumuntur: ſed cum morbus non poſsit tolli, remanẽte cauſa,nec ſymptoma,remanente morbo; à cauſa inſtituatur curationis principium, quæ eſt duplex; genita, & quæ de nouo generatur: quæ regimine ſex rerum non naturaliũ prohibetur, vti diximus. Prohibita generatione,genitam tollemus venæ ſectione,ac pharmaco: & ſi vtrũq; requiratur,à ſectione venę erit inchoandum,ſeruatis ijs quæ identidem ſunt expoſita. Euacuata multitudine,pro maiori parte reſiduum euacuabimus medicamento ſoluente, concocta, & præparata materia ſirup. iam dictis in tertiana,aut validioribus,& præparata euacuabimus eodem medicamento, aut fortiori, prout neceſsitas B C

A poſtulauerit: Quibus peractis, remouetur febris cauſa, nec non ſymptomata. corroborabitur corpus ſaccharo roſaceo, aut diaboraginato ad dra. vj. ſuperbibendo aquam endiu. aut borag. & cicorii ad vnc. vj. Huiuſmodi formulę febribus deſeruient humoralibus, & putridis: quamuis, pæne infinitæ ponantur diuerſis nominibus, vt peſtilentialis, ardens, nocturna, diurna, quintana, ſextana, horribilis, & ſimiles, nec non hemitriteus: i. ſemitertiana, aut notæ febres: ſi medica-
B menta, & recta adminiſtratio vtrumq; humorum reſpexerint, ipſa inuicem commiſcendo, & reſpiciendo ad id, quod magis vrget. Hæc de putridis dicta ſint. Sequitur febris ſinocha non putrida.

Proponitur febris ſinocha non putrida ab eximio doctore, cuius definitio talis eſt, febris ſinocha non putrida, eſt calor extraneus accenſus in corde, diffuſus per vniuerſum corpus, ex feruore, & ebullitione ſanguinis.
C ex qua patet morbus, à quo tollitur indicatio curatiua; vna alterandi, & immutandi feruorem ſanguinis: quod commodè fiet recta adminiſtratione ſex rerum non naturalium contraoperantium, & medicamentis, & ſi aer non erit frig. alterabitur ad frigidum vti ſup. diximus; & ſic aliæ res non naturales, vergant ad hanc intentionem, medicamẽtis

vt hauſtu aquæ frigidæ, quantum haurire poterit vna ſorbitione, ne dicam hauſtu: aut loco aquæ frigidæ ſatius erit propinare aquam hordei, ſeruatis quæ ratio medendi ſeruare iubet, & in tali propinatione primo obſeruandum, vt ſemper & ſi ſolum proponatur nomen ſymptomatis ipſius curationis, definitione, morbum, morbique cauſam, & ſymptoma aut ſymptomata inueniamus, & vnumquodq; explicemus, vt ſciamus cui ſit attendendũ. Secundo quòd aliquando adeò vrget ſymptoma, vt ad ſe trahat curationẽ; vt in ipſa apoplexia, quamuis morbus ſit mala compoſitio cum intemperie frigida, nihilominus debemus excitare ægrum à paroxiſmo, vti etiam in epilepſia, & eiuſmodi. Tertiò, quòd, & ſi morbus dependet à cauſſa, cauſſa tamen non conſideratur, vt correptus aliquis febre ephimera, aut diaria ab æſtu, æſtus non conſideratur: & ſic omnes morbi originem trahentes à ſimili cauſſa; ſecus ſi fuerit coniuncta, quæ etiam paragnomica dicitur. Nam impoſsibile eſt, vt remoueatur morbus, niſi remoueatur cauſſa. Quartò, ꝙ vbi morbus videtur habere plures cauſſas, magis tamen coniuncta conſideratur: alijs interim non neglectis. Vt febris ſit à prohibita tranſpiratione; prohibita tranſpiratio ab obſtructione; obſtructio à multitudine,

A B C

A glabrities morbus,in mala compoſitione, ratione formæ vitiatæ manus, ob glabritiem: ex qua definitione vna tantum ſeſe offert indicatio remouendi glabritiem;commodè autem tolletur ope chirurgica, ſeruatis ſeruandis,& circa totum adhibita perſpicientia.

Proponitur phlegmō ſeu apoſtema curandum: præmiſſa definitione curationem aggrediar;eſt itaq; phlegmon, inflammatio cū tumore, in parte carnoſa, intenta, renitens, cum dolore pulſatili, & colore rubicundo.

B Ex quibus colligitur, quòd eius materia ſit ſanguis bilioſus, corruptus, diſtendens continuum.Ex qua definitione colligitur, quòd phlegmon ſit in triplici genere morbi, in intemperie ſcilicet, cum ſit inflammatio; & in mala compoſitione, cum ſit collectio materiæ in parte ex qua vitiatur compoſitio, nec non in ſolutione continui, cum partes ſeparentur ab inuicem: nec non plura ſymptomata ſequuntur, vt rubor, dolor, & reliqua

C ex quibus indicationes curatiuæ ſumuntur. ſed cum morbi dependentes à cauſa,nō poſſint tolli, niſi prius remoueatur cauſſa; ideò à remotione cauſſæ erit exordienda curatio, quæ eſt duplex; genita, & quæ de nouo generatur. à prohibitione verò nouæ materiæ incipiemus; quod fiet recta adminiſtratione ſex rerum non naturalium cōtraoperantium

rantium

rantium omnia præparanda erunt, ad frig. & hu. vti diximus: prohibita generatione materiæ; genitã tollemus quæ tribus modis conſideratur; fixa in parte, fluens in vijs, & redundans in toto. à redundante in toto incipiemus primò, mox ad fluentẽ accedemus, quemadmodum ſupra dictum fuit, & eandẽ methodum ſeruantes. Materiam verò in [illegible] tollemus concoquentibus, maturantibus, putre facientibus, cicatrizantibus, & conſolidantibus: vltimò corroborantibus vnguentis ceratis, emplaſtris idoneis, quorum varia eſt ſylua, & non ſolum apud veteres medicos, ſed etiam apud recentiores. Quibus omnibus peractis, tollitur cauſa, morbus, ac ſymptoma: ſupereſt vt totum corpus corroboremus, ſumendo ſacchari roſa. vt ſup. A B

Proponitur curatio fracturæ oſsis, tibiæ cum carnis ruptione, pręmiſſa definitione curationem aggrediar. Eſt itaq; fractura oſsis tibiæ fractio ipſius oſsis, cum carnis ruptione, ex qua definitione, patet morbus, & morbi ſymptomã, ſed cum ſymptoma nõ poſsit tolli, remanente morbo, ã morbo erit exordienda curatio, quæ eſt oſsis fractio, quæ perficietur pluribus modis. Primò reponendo ipſum os in proprium locum. Secundo prohibendo ne decidat à loco. Tertiò rectam adminiſtrationem ordinando in C

fex

A ſex rebus non naturalibus; ne copia materiæ generetur, quæ fluere poſsit ad locum affectum. Quartò reuellentibus, & deriuantibus, & conſtipantibus euacuantibus prohibere materiam, quæ in toto exiſtit, ne fluat ad partem læſam. Quintò reparare ea, quæ cicatrizare, & tophos generare habent, ſtatutisq; temporibus curare, faſcijs ligare, & omnia propinare, quæ in dies ordinanda ſunt. Nam longum eſſet curam per ſexaginta dies inſtituere, & auxilia opportuna in
B medium adducere; prudentis igitur chirurgi relinquuntur iudicio, variante in dies curatione.

Proponitur dolor cholicus curãdus à flatu tertio loco; cuius definitio talis eſt; dolor cholicus, eſt triſtis ſenſatio, in inteſtino colon à flatu diſtendẽte inteſtinum. Ex qua definitione patet morbus, cauſa, & ſymptoma. Morbus eſt continui ſolutio, cauſa eſt flatus; ſymptoma eſt dolor. Sed cum ſymptoma
C non poſsit tolli, remanente morbo, nec morbus remanente cauſſa; à cauſſa erit incipiendum. quæ duobus modis conſideratur, genita ſcilicet, & quæ de nouo generatur. prohibitio materiæ, prima erit in ordine, prohibebitur autem recta adminiſtratione ſex rerum non naturalium, prout diffusè in eorum recta adminiſtratione diximus. Prohibita

generatione, genitá tollemus medicamẽtis A
per interius adminiſtratis, nec non exterius
applicatis. interius duobus modis; per ſuperius, & inferius, diuerſimodè parando medicamenta: nam per ſuperius medicamenta in forma fluida, liquida, ſolida, craſſa, & medio modo ſe habentia, flatus diſcutientia, vt dianiſi, diacimini, diatriron, pipereon, decoctio carminatiua. Per inferius erunt enemata carminantia, & ſuppoſitoria conferentia. per exterius fomentationes, olea, emplaſtra, & id genus quorũ præparatio apud B
eos, qui verſantur in praxi innumerabilis pœnè eſt. Vltimò totum corpus erit corroborandum, ſumendo aromatici roſacei, ad vnc. ſ. ſuperbibendo vini aromatici ad vnc. iiij.

Proponitur dyſenteria curanda, tertio loco; præmiſſa definitione, curationem aggrediar. Eſt itaq; dyſenteria exulceratio inteſtinorum, à materia billioſa, corrodente vellicante, exulcerante, inteſtina, cum febre, C
dolore, torminibus, nec non áſsidua deiectione per ſedem. Ex hac definitione, patet morbus, qui eſt continui ſolutio: cauſſa, quę eſt bilis acris, & mordax; nec nõ ſymptoma, vt febris, dolor, & áſsidua deiectio, non ſolum fæcum, ſed ramentorum diſsimilium. ſed cum ſymptomata non tollantur, remanente

nente morbo, nec morbus, remanente cauſ-
A ſa, à cauſſa erit initium curationis; quæ eſt
duplex, genita & quæ de nouo generatur. à
prohibitione cauſſæ nouæ incipiemus; quod
fiet recta adminiſtratione ſex rerum non naturalium, quæ non ſolum reſpiciant bilis
generationem, ſed etiam fluorem; vnde zea
commodè erit pro cibo, potus erit aqua chalybeata. prohibita generatione, genitam tollemus abſtergentibus, & materiæ acredinem contemperantibus, vt inijciendo ene-
B mata, ex aqua hordei, cum ſaccharo rubeo, & vitellis quorum, aut ex lacte chalybeato, aut cremore ptiſanæ. Abſterſa materia, partem conſolidabimus enematibus, quibus plantaginis ſuccus, & puluis litargirij ſit immiſſus. Nec ab re erit, per ſuperius adminiſtrare ea, quæ acredinem bilis coerceant, & exulcerationem remoueant: vt puluis boli Armenij orientalis. Prociſci di charabe, aut ſpodio cum ſemine acetoſæ ſirupi, quæ de
C ſucco acetoſæ, aquamq; acetoſæ, ptiſana nõ cõuenire videtur, ratione ſuæ fluxibilitatis: præparabuntur ea, quæ extrinſecus applicita fluorem prohibere videntur, vt olea, & vnctiones idoneæ affectioni. Poſtremò ſi qua materia fuerit relicta in ipſis inteſtinis, rheubarbaro torrefacto euacuabitur. Quibus omnibus peractis tollitur cauſſa, morbus, & ſym-

ymptoma. Sequitur vt totum corpus corroboretur; quid fiet ſumendo ſacchari roſacei ad vnc. j. ſuperbibendo aquam acetoſæ ad vnc. iiij. A

ET EST FORMVLARE febrium. Cap. IV.

SED quia curationes morborum omnium ſi velimus adducere in medium, moleſtæ id fuerit prolixitatis: hæ interim ſufficiant; B quarum curationum formulæ deſeruire poterunt ad omnes curationes, cum omnes in hunc numerum colligantur. primo erit morbus. ſecundo erit ſymptoma, cum morbo. tertio erit cauſa, ſymptoma, & morbus: quarto erit morbus cum cauſa: quinto fixus in parte cum materia, nec non fluens, ac redundans in toto: ſexto erit morbus, cum materia in aliqua parte fixus à fluxione, & totius redundantia: ſeptimo erit morbus ratione totius, C ſine materia vt febris ephimera, & ethica, aut cum materia putri, aut non putri. De illis formulas quaſdam ponemus, cum ſine materia febres, vt intemperies calidæ curantur adhibita totius curatione: ſed antequam formulas febrium putridarum, aut ſecus profe-

ramus

ramus earum diuiſiones tradémus: Diuidi-
A tur ergo febris humoralis; Nam alia eſt pu-
tris, alia non putris quæ ſynocha, non pu-
trida dicitur; diuiditurque in tres partes,
quarum vna acmaſtica, ſecunda epacmaſti-
ca: tertia paracmaſtica, & hæ ex feruore ſan-
guinis oriuntur. putris diuiditur iuxta tres
alios humores, bilem namq; putridam, atrã-
que bilem, & pituitã: vnaquæq; verò in duas
partes: in continuam ſcilicet, & intermitten-
tem. continua rurſus diuiditur; alia enim eſt
B continua per ſubingreſsionem paroxiſmo-
rum, aut per durationem (vt ita loquar) præ-
ter has febres, datur etiam febris putrida, no
mine ardentis; quæ & ipſa ſinocha cum pu-
tredine nominatur. Hæc diuiditur, vt ſino-
cha non putrida, in acmaſticam epacmaſti-
cam, & paracmaſticam. præter has dantur
etiam febres diuerſorum nominum: vt lipy-
ria, hepiala, peſtilens, ſyncopalis, & eiuſmo-
di; quæ à diuerſis effectibus nomina ſunt ſor-
C titæ. quarum febrium nomina ſuperfluum
videtur, recenſere. Adhæc ex ſimplicibus
commiſtis plurimæ compoſitæ febres repe-
riuntur, eædemque non rarò ex vno & eodẽ
humore, aut ex duobus, aut pluribus; vt duæ
tertianæ, aut quartanæ febris tertianã, nota
quartanaq; aut quotidiana febris notã, ideſt
in qua non peccat pituita tantum, aut atra
bilis,

bilis, ſed cum his etiam flaua, vnde nota dicitur; id eſt non ex ſimplici humore, ſed ex duobus vno prædominante, & ſæpe etiam poteſt fieri febris ex duobus humorib. æqualiter peccantibus: vnde in immenſum febriū compoſitarum cognitio trahitur. ſed hæc ſufficiant; formulæq; nonnullæ in medium adducuntur, & primò tertianæ intermittentis exquiſitæ. A

Proponitur febris tertiana intermittens curanda tertio loco, cuius definitiò talis eſt; febris tertiana intermittens, eſt calor extraneus accenſus in corde, diffuſus per vniuerſum corpus, ob copiam bilis, extra vaſa putreſcens, acceſsiones faciens, de tertio, in tertium. Ex hac definitione, patet morbus, morbiq; cauſa, & ſymptoma: ſed cum morbus, non poſsit auferri remanente cauſa, nec ſymptoma, remanente morbo; ideò à remotione cauſæ ſiue materiæ erit introducenda curatio. quæ cauſa, ſiue materia, duobus modis conſideratur: genita, in toto ſcilicet, & quæ de nouo generatur; quæ primò remouenda erit, regimine ſex rerum, non naturalium, cauſæ contraoperantium. Aer itaq; ſi natura non erit frigidus, parabitur ad frigidum, vti diximus ſup. & ſic aliæ res non naturales vergent ad hanc intentionem, prohibita noua materia; genitam tollemus, venæ B C

A ſectione, & pharmaco præcipuè; & ſi alijs rationibus tolli poſsit: ſed ſi forte vtrumque ſit attendendum, à ſectione venæ inchoabimus ſeruatis ſeruandis, & deductis cruditatibus inteſtinorum vti ſup. Euacuata multitudine ſectione venæ, reſiduum tollemus medicamento ſoluente, concocta & præparata materia ſirupis, & aquis: vt Rec. ſirupi acetoſi ſimp. de ſucco acetoſę, acetoſitatis çitri ac cicorij (cum in paſsionibus venarum, & epatis ſit ſatis laudabilis) an. vnc.ſ. aquarum en-
B diuiæ, cicorij, acetoſæ vnc. iiij. miſce pro ſirupo, & perſeueretur in ſirupis, donec materia ſit concocta, nullaq; euacuatione emolliente, naturam ipſam euacuabimus tali medicamento, & ſi etiam ſupraſcriptis poſſumus vti, vt R. rheubar. boni, & ell. dr. j. ſ. ſpicæ nardi. gra. vj. minutim incidantur, & aſpergantur vino albo, odorifero, & infundantur in aquā cicorij, per horas decem; tùm facta leui ebullitione, & forti expreſsione, addan-
C tur ſirupi roſati ſolutiui vnc. ij. diafen. dra. j. & cum aqua cicorij fiat potio, capiat in aurora, nullo aduerſante. quibus omnibus peractis tollitur morbus, cauſa, & ſymptoma; Reliquum erit vt corroboretur corpus, ſumendo ſacchari roſacei ad dra. vj. ſuperbibendo aquam cicorij ad vnc. iiij. aut vj.

Eadem methodo curatur febris quarta-

na, ac quotidiana, variata adminiſtratione rerum non naturalium, & medicamẽtis, prout cauſa morbi requirit: nec non continuæ febres tam blioſæ quàm pituitoſæ, & atrabiliariæ. A

Proponitur ſinocha putrida, cuius p̄miſſa definitione, curationem aggrediar: Eſt itaq; febris ſinocha putrida, calor extraneus, accenſus in corde, diffuſus per vniuerſum corpus, ob putredinem maſſæ ſanguineæ prædominante bile; quam febrim ſymptomata concomitantur. Ex qua definitione patent morbus, morbiq; cauſſa, & ſymptomata, à quibus indicationes curatiuæ ſumuntur: ſed cum morbus non poſsit tolli, remanẽte cauſa, nec ſymptoma, remanente morbo; à cauſa inſtituatur curationis principium, quæ eſt duplex; genita, & quæ de nouo generatur; quæ regimine ſex rerum non naturaliũ prohibetur, vti diximus. Prohibita generatione, genitam tollemus venæ ſectione, ac pharmaco: & ſi vtrũq; requiratur, à ſectione venę erit inchoandum, ſeruatis ijs quæ identidem ſunt expoſita. Euacuata multitudine, pro maiori parte reſiduum euacuabimus medicamento ſoluente, concocta, & præparata materia ſirup. iam dictis in tertiana, aut validioribus, & præparata euacuabimus eodem medicamento, aut fortiori, prout neceſsitas B C

A poſtulauerit: Quibus peractis, remouetur febris cauſa, nec non ſymptomata. corroborabitur corpus ſaccharo roſaceo, aut diaboraginato ad dra. vj. ſuperbibendo aquam endiu. aut borag. & cicorii ad vnc. vj. Huiuſmodi formulę febribus deſeruient humoralibus, & putridis: quamuis, pænè infinitæ ponantur diuerſis nominibus, vt peſtilentialis, ardens, nocturna, diurna, quintana, ſextana, horribilis, & ſimiles, nec non hemitriteus: i. ſemitertiana, aut notæ febres: ſi medica-
B menta, & recta adminiſtratio vtrumq; humorum reſpexerint, ipſa inuicem commiſcendo, & reſpiciendo ad id, quod magis vrget. Hæc de putridis dicta ſint: Sequitur febris ſinocha non putrida.

Proponitur febris ſinocha non putrida ab eximio doctore, cuius definitio talis eſt, febris ſinocha non putrida, eſt calor extraneus accenſus in corde, diffuſus per vniuerſum corpus, ex feruore, & ebullitione ſanguinis,
C ex qua patet morbus, à quo tollitur indicatio curatiua; vna alterandi, & immutandi feruorem ſanguinis: quod commodè fiet recta adminiſtratione ſex rerum non naturalium contraoperantium, & medicamentis, & ſi aer non erit frig. alterabitur ad frigidum vti ſup. diximus; & ſic aliæ res non naturales, vergant ad hanc intentionem, medicamētis

vt hauſtu aquæ frigidæ, quantum haurire poterit vna ſorbitione, ne dicam hauſtu: aut loco aquæ frigidæ ſatius erit propinare aquam hordei, ſeruatis quæ ratio medendi ſeruare iubet, & in tali propinatione primo obſeruandum, vt ſemper & ſi ſolum proponatur nomen ſymptomatis ipſius curationis, definitione, morbum, morbique cauſam, & ſymptoma aut ſymptomata inueniamus, & vnumquodq; explicemus, vt ſciamus cui ſit attendendũ. Secundo quòd aliquando adeò vrget ſymptoma, vt ad ſe trahat curationẽ; vt in ipſa apoplexia, quamuis morbus ſit mala compoſitio cum intemperie frigida, nihilominus debemus excitare ægrum à paroxiſmo, vti etiam in epilepſia, & eiuſmodi. Tertiò, quòd, & ſi morbus dependet à cauſſa, cauſſa tamen non conſideratur, vt correptus aliquis febre ephimera, aut diaria ab æſtu, æſtus non conſideratur: & ſic omnes morbi originem trahentes à ſimili cauſſa; ſecus ſi fuerit coniuncta, quæ etiam paragnomica dicitur. Nam impoſsibile eſt, vt remoueatur morbus, niſi remoueatur cauſſa. Quartò, ꝙ vbi morbus videtur habere plures cauſſas, magis tamen coniuncta conſideratur: alijs interim non neglectis. Vt febris ſit à prohibita tranſpiratione; prohibita tranſpiratio ab obſtructione; obſtructio à multitudine,

A B C

A aut craſsitie, aut lentitia materiæ; tamen in curatione primò conſideratur materia, non interim neglecta obſtructione, aut tranſpiratione, ſeu caloris difflatione.

DE SIGNIS SECVNDVM actiones membrorum. Cap. V.

SED quia non rarò euenit, vt morbus ex ſui natura inſalubris ſit, B aut leui de cauſſa efficiatur talis, videaturq; deſperata ſalus; non debet medicus in ſtatu ęgrotante aliquid demoliri, ſed eum prognoſticis relinquere. Ideo operæ precium eſſe duxi, non nulla ſigna in medium adducere, quibus poſsit medicus ſuæ laudi, & cuius interfuerit, vtilitati conſulere: adhæc ne nihil medicamenta videātur præſtitiſſe, vnde medico,& arti ipſius ignominia,& probrum oriatur: quod confir- C matur; Auto.Hip.libro prædict.primo tex. 2. præſentiens enim,& prædicens coràm ægro præſentia, præterita,& futura, quæq; infirmi emittunt, enarrans, creditur pernoſſe ægri conditionem: hinc audent homines magis ſe concredere medico. Quæ ſigna, & ſi ſunt in triplici diſcrimine poſita, iuxta tria morborum tempora, præteritum inquàm tēpus, futu-

futurum,& præſens,à quo præteritum, & futurum cognoſcitur, vti ex vrina: nam cum cernitur,& incipit apparere contentum laudabile,& manifeſtum morbi iam pertranſiſſe principium in augmentoq; eſſe, & vergere ad ſalutē. Hæc tria,ex vnica inſpectione vrinæ à medico enuntiantur;quod verò de vno dicitur, de omnibus erit intelligendū.Ne autem quicquam deſideretur ad lucidam traditionem, nomina, quæ idem ſignificare videntur afferemus: Deinde quid ſit ſignum; tertiò conſiderationes, vnà cum earum ſignificationibus. Quod ad primum dicimus, quinque hæc nomina reperiri, quæ idem ſignificare videntur; veſtigium, inquam, nota, norma, ſignum, & indicium. ex quibus omnibus deuenimus in cognitionem alicuius rei ignotæ,& vt talis eſt, conſideramus. quorum nominum,aliqua certam rei cognitionem tradunt, aliqua non certā, vt interpretes in ſecundum actis med. 1. demonſtrant; Nos tamen ex his ſumimus ſigni nomen, tanquā magis familiare omnibus, ipſumq́; ſic diffinimus. Signum eſt omne illud, cuius beneficio deuenimus in certam cognitionem ſanitatis,aut morbi,ſecundum quòd eſt. Conſiderantur verò ſigna,vt ſatisfaciamus tertio,pluribus modis;& præcipuè ſecundum actiones membrorum,qua-

A

B

C

A litateſq; narratas, & exeuntia mutata, quæ omnia nomine ſymptomata comprehenduntur. Actiones læſæ à quatuor fontibus deſumuntur; prout quatuor ſunt membra principalia; cor, cerebrum, epar, & teſtes, necnon ab omnibus membris particularibus, A corde viuendi actio, de qua primo ſermonem inſtituemus, mox ad reliqua perrecturi. cum igitur viuendi actio, expulſu, & reſpiratione cognoſcatur; quid ſit pulſus, & reſpiratio, & quomodo conſiderentur, exponendum eſt: Nam eadem opera manifeſtabuntur ſignificationes. omiſsis itaq; varijs, & pænè infinitis definitionibus, non ſolum Gal. Sed aliorum grauiſsimorum virorum, dicimus quòd pulſus eſt arteriarum motus ſecundum eleuationem, & depreſsionē, à calore vitali, nuntians cordis actiones, necnō aliquorum membrorum affectiones. Motus ponitur loco generis, reliqua conſtituunt pulſus eſſentiam, & ab alijs actionibus

C ſeparant; Nam in eo, quòd eſt arteriarum motus, ſeparatur ab actionibus neruoſis, & muſculoſis, necnon ab actionibus nutritionis, & generationis: per eleuationem, & depreſsionem à motibus concoctionis; per calorem vitalem, à tribus alijs principalibus membris; per particulam enuntians cordis actiones, & reliqua, ab omnibus alijs actionibus,

nibus: & ratio finalis oſtenditur, qua fit cordis dignotio; ſecundum ſuum eſſe, & quædam membrorum affectiones, prout in pleuritide ſerinus pulſus, membranam ſubcingentem coſtas affici demonſtrat. Quid verò ſit reſpiratio, colligitur ex Gal. de diffi. reſpi. 2. nil aliud eſſe, quàm motū animalis facultatis, mouentis thoracem, & vnà cum ipſo pulmonem, ad quem ſequitur inſpiratio, & expiratio ad conſeruationem inſitæ cordis caliditatis; tum ad nutritionem ſpiritus animalis: Gal. de vtilit. reſp. vltimo multæque aliæ diffinitiones ab eodem Gal. in eodem libro ponuntur. Conſideratio pulſus colligitur ex diuiſione: nam primò in tres partes diuiditur, vti Gale. cauſ. pulſuum 1. in facultatem, namq; ſeu virtutem: in vſum, ſeu neceſsitatem: & inſtrumentum, ſeu arteriam, ſeu functionem. A facultate tribus modis; fortis, debilis, & mediocris, & alijs pluribus nominibus; vt paruus, magnus, & mediocris, ſeu robuſtus, exilis, & mediocris. Quæ tamen nomina idem ſignificare videntur & vſurpari ab autoribus. Ab vſu; etiam tribus modis; vt celer, tardus, & mediocris: ſiue creber, rarus, & mediocris. Ab inſtrumento pluribus modis; primò iuxta tres dimenſiones corporis, ſeu inſtrumenti, vt longus, latus, & profundus, cum ſuis contrarijs,

A B C

A & medijs, inter contraria: ſecundo a ſubſtantia, vt durus, mollis, & mediocris, tertiò à membro, vt eſt veluti quidam canales, & continet, vt plenus, vacuus, & mediocris dicitur. Quartò prout membrum mouetur, idq. pluribus modis: Primò vt mouetur in eleuatione aut depreſsione; Secundò vt hi motus ſunt æquales, inæquales, & medio modo ſe habentes. Tertiò, vt vnus tantum motus conſideratur, aut plures; Quartò ſecundum temporis motus, quando tangitur; id
B rurſus pluribus modis. Primò in eo quòd digito ſeſe offert, ſecundum varios motus, iuxta diaſtolen, & ſyſtolen. Secundo quando per varias horas, & dies, & partes temporis diuerſas cum varijs modis conſideratur tempus, vti ſupra diximus. tertiò ſecundum varia tempora, morborum vniuerſalium, & particularium, & conſiderationes ipſorum. Quartò vt regio, ſexus, cœli ſtatus, exercitium, & ſimilia, motus mutant. Quæ omnia
C ſunt conſideranda. Et omnes hæ pulſus differentiæ, ſenſu tactus percipiuntur; licèt aliquando etiam ſenſu viſus: nam eleuatur perſæpe arteria, vt motus oculis cernatur. plurima etiam ſunt conſideranda, tàm ratione medici, quàm ægri, quæ in calce declarabuntur. Ex his conſiderationibus, veluti particulares aliæ infinitæ oriuntur. Si duæ, aut

aut tres, aut plures complicentur. Vnde diuerſa pulſuum nomina ab Autoribus animalium ſimilitudinem referentia, inuenta fuere; necnon effectuum ipſorum animalium: vt vermicularis, caprizans, formicans, & ſimilia: & vt ſimilitudinem alicuius rei referunt; vt vndoſus, ſerinus & reliqua. quæ omnia recenſere certe non arduum modo, Sed impoſsibile eſt. Significationes harũ diuiſionum hæ ſunt. Prima, ſi fortis, virtutem validam ad ſuſtinendum morbum; ſi debilis, contrà ſignificant. Mediocris medio modo ſe habet. Secunda ſi celer, cor auctum fuiſſe in caliditate; ſi tardus, in frigiditate, tempérieq; frigida correptum fuiſſe; mediocris, medium tenet locum. Tertio ſi longus, latus, & altus, naturam ſuperare materiam morboſam, & quaſi ipſam euiciſſe; aut indiuidui fortitudinẽ ad actiones obeundas. Si verò breuis, ſtrictus, & profundus, naturam ſuperari, & quaſi eſſe euictam a materia morboſa. Si mediocris, & inter extrema, medio modo ſe habet. Sed quia aliquando hæ differentiæ in coniunctione variantur, vt longitudo cum anguſtia (ut ita loquar) & cum profunditate, aut latitudo cum breuitate, & profunditate, aut altitudo cum breuitate, & anguſtia, & ſic inuicem coniungendo. ſex hæ differentiæ; variæ naturæ actiones in ſuperando materiã

A morboſam, aut ſuperari colliguntur,& præcipuè ſi talia complicentur,non ſolum ratione extremorum,ſed ratione mediarum conſiderationum,& ſecundum magis, & minus. Hinc variæ pugnæ naturæ ſuperantis materiam,aut ſuperatæ ab ipſa colliguntur.Si verò arteria fuerit dura, apoſtema eſſe in aliquo membro cum inſigni caliditate,cauſans dolorem: mollis contra; mediocris medio modo. Quòd ſi percipiatur plena, copiam ſpirituum ſignificat, vacua contra: Medio-

B cris medium tenet locum: ſin æqualis, & habuerit omnes conditiones pulſus ſalubris, omnia ſalubria oſtendit;ſi verò æqualis,& cõditiones habuerit inſalubres, non ſolùm inſalubritatem, ſed propinquam mortem. Si verò inæqualis, ideſt habuerit modo conditiones ſalubres,modo inſalubres, naturam modo ſuperare, modo ſuperari,à materia morboſa: non raro autem ſequitur mors, in tali pulſu. Si verò medio modo ſe habuerit inter

C conditiones ſalubres,& inſalubres, naturam eſſe in ancipiti ſpe victoriæ, & vel minimo errore ſuccubituram. Si verò æqualitas,inæqualitas, & mediocritas conſideretur ratione eleuationis arteriæ; tunc indicatur de cordis refrigeratione, in eo quòd magis,aut minus,aut medio modo,cor refrigerari deſiderat. Si verò æqualitas, inæqualitas, & me-

diocritas cõſideretur ratione depreſsionis, A
tunc indicatur, fuligines æqualiter, inęqualiter, & medio modo euacuari. Si verò æqualitas, inęqualitas, & mediocritas ſeruētur in vno motu, aut ſecundum plures motus, tunc conſiderandum eſt, an contingat ratione eleuationis, vacuitatis, duritiei, longitudinis, latitudinis, profunditatis, tarditatis, magnitudinis, cum ſuis appoſitis, & medijs. Atq; eo in caſu iuxta ſignificationes conſiderationū erit indicandum; nempe naturam ſuperari, aut ſuperare, interrupi, aut minime: ſiue me- B
dio modo ſe habeat in propria actione, ac neceſſe eſſe maiori, aut minori euentatione caloris, copiaq; fuliginum excerni, aut non excerni; maximamq; adeſſe varietatem, inter morbum, & naturam. Sed quia cognitio pulſus ſummæ difficultatis eſt, tale ſit exemplū. Sit pulſus magnus in primo ictu, aut ſecundo, tertio, quarto, quinto, & ſexto: & ſeruet æqualitatem in omnibus ictibus; tunc uirtutem ualidam eſſe demonſtrat. Nam pulſus C
conſideratio, ſi perfectè cognoſci debet, iuxta ſex uoces muſices, tàm aſcendendo, quàm deſcendendo, ideſt tàm in eleuatione, quàm depreſsione, eſt perpendenda: quòd ſi uarietur æqualitas in ipſis ictibus, tum aliquā adeſſe morboſam affectionem indicat. & eodē modo de alijs differentijs ſimplicibus eſt dicen-

cendum; ſed ſi conſiderentur cōplicationes
A pulſus, prout poſſunt inuicem coniungi, & non ſolum, vt talia ſunt, ſed vt ſecundum varias conſiderationes, vti diximus, in immenſum aſcendunt: ita vt non ſolum arduum, ſed impoſsibile ſit, omnia recenſere: prudenti itaque medico conſideranda relinquimus; ſufficiat autem ſimplices differentias in medium adduxiſſe. Neque enim parum habet momenti, breui tempore omnia conſideraſſe eum, qui medicinam profeſſus, ægrotan-
B tium conſulere vult ſaluti. Nam appoſita manus carpo ſtatim de pulſu iudicat, res non ita facilis eſt. Si verò ratione temporis ſeruetur æqualitas, inæqualitas, mediaq; diſpoſitio, & hoc quando tangitur; diuerſæ etiam conſiderationes colliguntur: prout conſideratio refertur ad bonas, aut malas diſpoſitiones, tàm tempore ſanitatis, quàm ægritudinis: vnum tamen in primis notandum, quòd æqualitas tutiorem diſpoſitionem ſi-
C gnificat, tam in bona, quàm in mala diſpoſitione, in mala licet ſæpe videatur virtutis defectum ſignificare. Si verò conſideretur æqualitas, inæqualitas, mediaq; diſpoſitio, habita ratione horarum, dierum, & temporum vniuerſalium, aut particularium morborum; ſciendum erit, quòd ſemper pulſus in principijs acceſsionum tàm vniuerſalium,

quàm

quàm particularium, videtur haudquaquã percipi,cum contrahatur,& incipiat pugna. A ſic etiam in ſomni principio; hinc fit vt non poſsimus eo tempore certi aliquid de pulſus ſignificatione pronuntiare. Hæc quàm breuiſsimè de notis pulſuum ſimplicium dicta ſint. Compoſitæ notæ ex complicatione ſimplicium fiunt: quæ ferè ad numerum infinitum aſcendunt; eo quòd diuerſimodè complicari poſſunt. Nonnulla tamen lucidioris doctrinæ gratia recenſebimus, reuocatis prius in mentẽ omnibus conſiderationibus ſimplicibus. B Prima à facultate,magnus parnus,& mediocris. Secunda ab vſu,celer, tardus, mediocris. Tertia ab inſtrumento ſiue arteria; idq; pluribus modis. Primò longus, breuis, mediocris. Secundò latus ſtrictus, & mediocris. Tertiò altus, profundus, & mediocris. Quartò durus, mollis, & mediocris. Quintò plenus, vacuus, & mediocris. Quarta æqualis, inæqualis, & mediocris. quæ vt plurimum alijs tribuitur conſi- C derationibus. Quinta prout ſex ictus conſiderari videntur; in omni pulſus perceptione: ad hæc conſideratio, prout fit habita ratione vnius ictus,ad ictum;aut duorum ictuũ ad varios ictus; aut ſex ictuum ad præteritos ictus ſex; aut vnius ictus ex ſex ictibus, ad duos, aut tres ictus, & plures,ex alijs ſex ictibus.

A bus. Sexta erit quando pulſus in momento, ſecundum medicos tangitur. Septima erit habita ratione principij, aut horarum dierum, hebdomadarum, acceſsionum, aut exacerbationum, membrorum, tam vniuerſalium, quã particularium. Octaua prout reſpectus eſt, tam ad eleuationem quàm depreſsionem ipſius pulſus. quem quidam nominant dyaſtolen, & ſyſtolen, exempli gratia, pulſus ſecundum hanc complicationem conſideratur, magnus, celer, longus, latus,
B altus, mollis, plenus, æqualis, ſecundum omnes ictus, quando tangitur, in principio acceſsionis vniuerſalis, habita ratione eleuationis. profectò conſideratio huius pulſus non longè recedit à naturali, bonamq; diſpoſitionem ſignificat. Si verò contraria his complicentur, valde recedere à naturali, diſpoſitionemq; prauam ſignificat. Si verò media complicentur, medio modo ſe habebit talis diſpoſitio. Sed quia ex varijs complica
C tionibus varia pulſus nomina traduntur ab autoribus, quę pænè infinita ſunt, nos breuitatis ſtudioſi, quædam receuſebimus vulgatiora, & ſunt hæc; contractus, diſtentus, moderatus, arithmus, pararithmus, eurithmus, hæterorithmus, vibratus; dicrotus, vndoſus vermicularis, dinuens, innuens, circuminnuens, conuulſiuus, intermittens,

capri-

caprizans, tremulus, baiulans recurens, reciprocus, decurtatus, & alia quorum ſignificationes variæ ſunt, prout varia ſunt nomina. Verum omnes eorum, ſi quis profiteretur velle ſignificationes tradere, næ ille prouinciam ſuſciperet difficillimam, atq; adeò ſupra vires niteretur. A

Sed quia diximus, cordis actionem non ſolum expulſu cognoſci, verum etiam ex reſpiratione, & inſpiratione: de ipſa nonnulla ſunt conſideranda, & omiſſa quidditate, quæ vna cum eius vſu in ſuperioribus, ſatis abundè expoſita eſt. Prima igitur erit conſideratio, vt cor maiori, aut minori indiget refrigeratione, & vt fuligines expelluntur expiratione. Secunda, vt ex inſpiratione aeris refocillantur ſpiritus, & redintegrantur, non ſolum vitales, ſed etiam animales. Tertia prout cor euentari deſiderat, maiori, aut minori neceſsitate, & ab aliquibus, dicitur vſus, reſpiratio & inſpiratio: qui eodem modo conſideratur, quo dictum eſt de pulſu. Quarta prout facultas, ſeu virtus, fortis, debilis, & mediocris. Quinta prout à neceſſarijs membris mouetur, pulmone inquam, & muſculis thoracis, nec non tracheæ arteriæ. Sexta prout naturalis, aut præter naturalis affectio in membris exiſtit, ratione cuius variatur reſpiratio, & inſpiratio. Se- B C

ptima vt aliquod Rheuma, aut quid aliud læ-
A dit reſpirationis orificium. Quæ omnia ſumma cura ſunt conſideranda, antequam fiat iudiciũ de ipſa inſpiratione, & expiratione. Nec abſurdum fuerit, ipſam reſpirationem conſiderare iuxta conſiderationes prædicamentorum: Quemadmodum etiam pulſus conſideratio fieri poteſt, quæ data licet opera à nobis prætermittantur, ſunt tamen neceſſaria.

Sequuntur ab actione cerebri ſigna, quæ
B animalis actio dicitur; & diuiditur, uti diximus, in tres partes: ſenſibilem, motiuam, & rationalem. prætermiſſis duabus primis, de tertia dicimus, quòd mente conſtare, & bene ad oblata ſe habere, bonum, ex Hip. in 2. Aphor. 33. Si contra, malum. Quòd ſi aliæ duæ bene ſe habuerint, bonum. Nam totius corporis immobilitas, ac inſẽſibilitas mortem propinquam oſtendunt, in morbis qui breui tempore terminantur, quoſq; ſæ-
C ua comitantur ſymptomata.

Quod attinet ad virtutẽ nutritiuã, non eſt quòd denuò laboremus in eius explicatione: cum ſatis ex his, quæ dicta ſunt in tractatu excrementorum, nota ſit. De virtute generatiua, quorſum quis verba faciat? cum ſatis indiuiduo ſit, ſeipſum in affectionibus conſeruare, quàm velle ſpeciem procreare,

ex ea enim actione, ſiue voluntaria ſiue per ſomnum, ſequitur ſemper plus nocumenti A quàm commodi, & paucos noui, qui euaſerint ex affectione, niſi maximò cum diſcrimine, nec minima Medici cura, & ſolertia. Hæc de membris principalibus.

Supereſt vt recenſeamus ſigna à membris non principalibus deſumpta; & Primò à facie, mox ad reliqua, atq; ea, quæ à toto ſumuntur. His tamen præmiſsis; quòd intelligimus de ſignis in morbis acutis, & qui deuenire poſſunt ad quadrageſimum diem, vel B ſexageſimum excluſiuè. Secundo quòd tribus modis conſiderari poſſunt. Primo vt mala: Secundo peiora, Tertio peſsima Gal. 1. de criſi. 13. Tertio etiam tribus modis, primo vt apparere incipiunt, Secundo vt augentur, Tertio vt exquiſita ſunt. Quarto vt apparent in principijs morborum augmento, ſtatu, ac declinatione. Quinto vt ex morbo aut ex errore commiſſo, tàm ab aſsiſtente, quàm a medico, aut quouis extrinſecus C adueniente. Sexto prout habent talia ſigna multam latitudinem, & non exiguam ſecundum expoſita.

Faciei igitur decoloratio, liuor, nigredo, & ſubita mutatio de naturali, ad præter naturalem, tam ad pallidum, quàm ad plumbeum, malum.

A Oculorum cauitas, allucinatio, rubedo, caligo, ſubuerſio, lacrymæ non voluntariæ: lippitudo, viſus acumen, peruerſio, albi apparitio in oculis, cum dormiunt, deſtructa viſio, turbulentia, immobilitas, hebetudo, concretio, tenebroſitas, clauſio, effugere lumen, candidi rubor, venarum liuiditas, nigredo, tumefactio: malum.

Palpebrarum peruerſio, liuor, immobilitas, ſiccitas.

Cutis motus, frontis ariditas, contractio, B durities, ſqualiditas, tenſio, malum.

Temporum aſtrictio, & collapſus, malum.

Genarum ſqualiditas, ariditas, malum.

Aurium peruerſio, ſurditas, ſonitus, frigiditas, contractio.

Fibrarum verſio, peruerſio, dolor, obauditio; malum.

Narium peruerſio, ſanguinis ſtillatio, grauitas, pinnarum compreſsio, ſiccitas, acuties, malum.

C Sternutatio, ſi fuerit cum defatigatione, & inanis.

Oris tortura malū, ſiccitas, ſpuma, nidor, lentor, ſuffocatio repentina, ſtrangulatio, difficilis deuoratio, ſingultus, fames, ſatietas, vltra naturæ limites, ſanguinis vomitus, impedita deglutio, malum; nec non oregmon.

Labiorum peruerſio; tremor, liuiditas, malum. A

Frigida reſpiratio, & frequens, ſuſpirioſaq; cum difficultate, ſuſpiria luctuoſa; malum.

Linguæ denſitas, ariditas, nigredo, aſperitas, ſiccitas, balbuties, vocis defectus; malũ.

Colli peruerſio, malum.

Faucium dolores, abſq; tumore malum.

Dentium ſtridor, ſi fuerit præter naturam, & lentor circa dentes, malum.

Mentis delirium, alienatio, timor, deſipientia, malum. B

Somnus laborioſus, excedens vigilia perpetua die, & non nocte dormire, malum.

Capitis dolor, & grauitas, malum.

Ceruicis dolor, & deiecta dormire ceruice, malum.

Hianter dormire, malum.

Oris ventriculi morſus, malum.

Pectoris dolor malum.

Ventris circumtenſio, malum. C

Hypochondriorum dolor affligens præcordia, & tenſio, inæqualitas, pulſatio, murmur, ardor, ſic & iliorum, & lumborum, malum.

Ventris inferioris extenuatio, tabes, tormina dolores malum.

Pedum, ac crurum huc illuc agitatio, nu-

ditas, & admodum reducta & diſtracta compoſitio, malum.

A Manuum geſticulatio, tremor, huc atque illuc agitatio, & rerum collectio, vt feſtucarum, pilorum, & ſtipularum compoſitio, malum.

Totius corporis ſubita reſolutio, conuulſio febre non deficiente, regij morbi apparitio ante ſeptimum diem palpitatio, totius grauitas, tabes, exanthematum apparitio malum.

B Partium extremarum frigiditas, vna cum combuſtione, & vſtione partium interiorum, malum.

Cutis ſqualiditas, durities, ſiccitas, extenſio, ſi permanſerit abſq; ſudore, malum.

Vngium viriditas, liuiditas, malum.

Teſtium ac genitalium conuellicatio, retractio, diminutio, ipſis ægris inſcijs, malum.

Supinum cubare, manibuſq; extenſis, &

C pedibus, & ſuper ventrem dormire, ad pedes labi, & procliuem eſſe, malum.

Abſceſſus malignus dolens durus, magnus, in aliqua parte neruoſa apparens, aut aqua intercus, ſigna hæc omnia mala, potiuſquàm bona.

DE

A

DE COGNITIONE ALIMENTO-rum, ſolidorũ, liquidorũ, fructuum, olerum in eo quòd nutrientia ſunt. Cap. VI.

SED quia totius medicæ facultatis ſcopus eſt, ea cognoſcere, quę adminiſtrantur, ſiue ea ſpectent ad conſeruationem ſanitatis, ſiue ad remotionem ægritudinis. Non nulla ad hunc vſum ſpectantia, tanquàm corollarium noſtræ tractationis aggrediemur. B

De quibus etiam ipſe Gal. plurimos conſcripſit libros, de alim. facul. de cibis boni, & mali ſucci: ſimp. med. facul. comp. med. ſec. locos, & per genera: remed. parat. facilib. de antidotis: vt paſsim videre eſt in omnibus ferè eius libris. Præterea Aui. & multi de hiſce grauiſsimi viri monimenta ediderunt: Nos verò breuiter ea colligentes hunc ordinem ſeruabimus: Primò pro viribus conabimur dinumerare ea, quibus panis conficitur, annonæ difficilis tempore, tum alijs temporibus, & quæ magis in vſu ſunt: ſecundò ea, ex quibus potus conficitur, & diuerſimodè paratur: tertiò olera, quæ veluti alimenta C

ſunt, & ſecundum tempora variantur: quarto fructus, carnes, piſces, & bellaria, ſecundum ſe talia: partes, & præparationes, data opera omittentur. quinto ſoluentia medicamenta, nec non alterantia nonnulla, & quæ magis vſu recepta. Vltimò qualitates, & proprietates eorum. Nomina eorum quibus panis conficitur, tàm latino ſermone, quàm vernacula lingua hæc ſunt: triticum, ſiligo, ſiue olera, ſeriola, ſcandella, ſpelta, hordeum, vicia, piſa, faba duplex, cicer duplex, orobus duplex, phaſeolus, lens, cicercula, milium, panicum, melega duplex, caſtanea, oryza, riſo, zea, ſiue halica, aut far, auena duplex, loliū, coneta, monigheta, ſiue batiteſſ. glādes, vinacea, gramen, & alia quàm plura, quę tempore difficultatis annonæ, & præcipuè anno 1591. non ſolum ex ſeminibus, ſed radicibus inuenta fuere. Quorum nomina multis incognita, & antea admixta tritico inueniuntur, ex quibus panis confectus fuit, & manducatus, vrgente ad id melioris defectu.

A

B

C

Potus vero & ſi ex pluribus ſeminibus, & fructibus conficiatur, ſecundum varias affectiones, & etiam apud diuerſas nationes, vt in germania, ceruilia, vulgo ceruoſa; tamen ex vuis vſitatius. Quorum nomina hæc ſunt: vernacula lingua, moſcatello, maluaſia, vuadigo, diolo, bermeſta, lambruſca, guarnazola,

la, greco, altrugo, vermioni, roſè, moſtarini, A
pignolo, berbeſino, gregnolo, corbera, molinara, marcellana, durella, trebiano, franceſchera, & alia pænè infinita nomina, quæ vt arduum, ita non valde neceſſarium videtur omnia narrare. Variatur tamen vini eſſentia, ex modo conficiendi, cum diuerſimodè paretur, vt omnibus eſt manifeſtum. Nam quidã in aceruos collectas vuas per multũ tẽporis ſpatium relinquunt in eodem loco in quo collectæ fuerunt, idq; in terra nullo ſubſtrato vaſis vel alterius genere. Alij in vaſis B
reponunt, ut colliguntur, & guttatim ſuccos colligunt. Alij ſtatim torculari uuas collectas exprimunt, & uinum uaſis reconditum ſeruant. Alij uuas contuſas in dolio reponunt ad bulliendum donec uinum ſit clarum, & frigidum, poſtea in uaſa diffundunt. Alij deniq; alio modo uinum præparant, prout ex conſuetudine, ſpecies uuarum uidetur requirere. Quæ certè uini præparationes, quot ſunt non ſolum regiones, ſed loca, & gen- C
tes, totidem ſunt ferè, uarijſq; coloribus.

Olera quæ comeduntur, & ſi infinita ſunt, ſecundum loca, & homines, tamen ad hæc nomina reduci uidentur, & non ſolum in lebete coquuntur, ſed etiam ex ijs acetaria cõficiuntur, ut gallinetta. Tempore Autumni, ueris rampongi uulgari idiomate, creſſon

ſiue

A ſiue ſenecion, fauacino, lactucæ, omni tempore, endiuia, pimpinella, herba ſtella, herba ſignora, riecola duplex, citronella, ſiue meliſſa, porrini, naſturtium, ſanſarola ſiue acetoſa, portulaca, uergię, ſiue caulei capitati, & non capitati uulgo gambuſi, beta, betonica, ſaluia, hyſſopus, ſcarlegio, ſpinachia, Burſa paſtoris, bidoni, farinei, ciſta galli, fior ranzo, ſiue herba biancha, pulegio, herba ſan Pietro, ſiue ſanctę Marię, neptha, abrotanum, petroſelinum, rauice, landri, cerfolio
B boragine, bugloſſa, ſatureia, mentha, amaracus cichoreum, & alia plura quæ juxta uaria tempora colliguntur, & eduntur, dum tenera ſunt. Cum uerò adoleuerunt guſtui minimè grata. Etiam uere nouo atq; tranſacto uidi omnes herbas ſine ullo diſcrimine collectas edi, conditas exiguo omnis generis oleo, & ſale; idq; ab illis qui panis penuria premebantur.

Sequuntur fructus qui & ipſi diuerſimo-
C dè præparati aſſumuntur, & ſecundum diuerſa tempora. Vt menſe Maio, & primò fraga, mox ceraſa, tertiò genus ceraſorũ grandiũ, graſioni uulgari nomine, gandiole marenę, maraſche, niſſole, cinaræ, uua ſpina, præcocia, arbichochi, peri moſcateli, ribes, mora, auellanæ amygdalæ uirides, mox ſiccę: alijs temporibus, perſica, pruna, ficus, uua, pyra, poma,

poma, & hęc omnia, a menſe Iulio per plurimos menſes, ſecundum diuerſas ſpecies; quę A
uaria nomina ſortita ſunt, colliguntur, &
eſui præparantur, ſecundum diuerſa ingenia, & condimenti modos: cornus in fine
menſis Quintilis apparet, zizifi, mala cydonia, arbuti, granati, ſtafilodendron, lazerotti, nuces, caſtaneæ, glandes, ſorbus, meſpila uſq; ad finem Autumni ſucceſsiuè ſequuntur: ex maritimis uero regionibus, & alijs
partibus, oliuæ, dactyli, medica mala, limonia, aurantia, carabes, capparis aſportantur, maxima copia. Præter hæc quæ recenſuimus, radices & fructus aliqui etiam eduntur, qui inter olera uidentur connumerari; ut B
rapa, napus, gnifi, carottę, raphani, cępa,
porrum, paſtinaca ſilueſtris ac hortenſis,
cucurbita, cucumeres, melones, melopepones, auguriæ, auraq; mala uulgò: & alij fructus quamplurimi diuerſis nominibus appellati: Quorum uſus uarius, & diuerſus. Sed hęc
ſufficiant, ratione eorum, quæ ueluti nutriētia ſunt, & magis noſtris in regionibus familiaria. C

Pergamus ad ſoluentia ac alterantia medicamenta. In quibus exponendis hic ſit ordo: primò à quibus ſimplicia medicamenta
proueniunt: ſecundò ipſa enumerabimus:
tertiò paſsiones, & proprietates examinabimus:

mus: quartò nonnulla compoſita quæ in noA ſtris regionibus inueniuntur, recenſemus, & quædam magis uſitata, quæ in apothecis ſeruantur. Quod ad primum, dicimus, ſimplicia prouenire, quemadmodum ex compendio famoſiſsimi cuiuſdam uiri accepi, partim ex plantis, & arboribus, ex animalibus, terra & ex marinis aquis, thermis, & naturalibus prout hac tabula manifeſtantur.

Ex plantis, & arboribus.

B

Radices.	fructus.	cineres.
ligna.	folliculi.	caries.
cortices.	ſemina.	ramices.
ſurculi.	ſucci.	trunci.
caudices.	liquores.	aquæ.
germina.	lacrymæ.	decoctiones.
medullę.	gummi.	olea.
folia.	ragiæ.	excrementa.
flores.	viſci.	

C

Ex animalibus.

Pinguedines. caro. ſanguis.
medullæ. pili. lac.
oſſa. excrementa. & partes aliæ ſimplices & compoſite vt iecur, cerebrum, & reliqua.

Ex terra. A

Metalla. lapides. gemmæ. terræ.

Ex maribus, & aquis.

Sal. ſpuma ſalis. bitumen.
ſpongia. garum. mumia.

Nomina Radicum. B

Acanthi.
Acori, galangæ.
Aconiti, lupariæ.
Acutæ ſpinæ.
Aethiopis.
Allei.
Aliſmæ.
Althææ.
Ampelopreſsi.
Anagyris.
Anonidis.
Anchuſæ.
Angelicæ.
Apij.
Arundinis.
Ari.
Ariſtolochiæ.

Arthanitæ.
Aſari.
Aſclepiadis.
Aſtragali.
Aſteris.
Aſphodei.
Aſparagi.
Auriculæ muris.
Barbulæ Hirci.
Baccharis. C
Balſami.
Behen alb. & rub.
Borraginis.
Biſmaluæ.
Biſtortæ.
Bryoniæ.
Bugloſsæ.

Bulbi.

Bulbi.
A Cacaliæ.
Calami aromatici.
Chameleontis albi, & nigri.
Cannabis.
Capparum.
Cardui.
Caryotæ.
Caucalidis.
Chelidonij.
B Centauri.
Cepææ.
Cyclamini.
Cichorij.
Cynagloſsi.
Cyperi.
Circææ.
Cirſij.
Coronopi.
Coſti.
C Crocodilij.
Cucumeris aſinini.
Cucumæ.
Dauci.
Dipſaci.
Dictami.
Dracunculi.
Dryopteridis.

Ebuli.
Ellebori.
Eringi.
Ervi.
Eſulæ.
Fœniculi.
Filicis.
Filiculæ.
Galangæ.
Galionis.
Caryofilatæ.
Gentianæ.
Geranij.
Gingiberis.
Gladioli.
Glycyrrhizę.
Graminis.
Halimi.
Haſtulæ regiæ.
Hieracij.
Helenij.
Hermodactyli.
Hyacinthi.
Holoſtij.
Imperatoriæ.
Indis.
Iunci odorati.
Laſerpitij.
Lentiſci.

Leon-

Leontopetati.
Leucacanthæ.
Liguſtici.
Liliorum alborum.
Limonis.
Lyquiriciæ.
Lupulorum.
Maluæ.
Mandragoræ.
Mei.
Morſus diaboli.
Mugiacani.
Napelli.
Napi.
Narciſi.
Nardi montani, & Celtici.
Nympheæ.
Oenanthes, Philip-pendulæ.
Orinithogali.
Oxilapathi.
Pityuſæ.
Plantaginis.
Paliuri.
Paris, herbæ.
Paſtinachię ſil. & or.
Peucedani.
Peoniæ.
Penthaphilonis.
Petroſelini.
Phu.
Pyrethri.
Primulæ veris.
polemoneæ.
Polygonati fraſinellæ.
Polypodij.
Porri.
Poterij.
Quinque folij.
Rheubarbari.
Rapi.
Raphani.
Ramolatij } vulg. nomine.
Rauanelli }
Rhodiæ.
Roriſmarini.
Rubiæ.
Rumicis. Lapathi.
Salſæperillæ.
Sambuci.
Satyri.
Saxifragiæ.
Scillæ ſquillæ.
Scorodopraſi.
Scordis.
Scorpionides.
Seſeli.

Sym-

A Symphiti.
Siſeris.
Smyrnij.
Spinæ albæ, & arab.
Sparganij.
Sphondilij.
Tamaricis.
Tapſiæ.
Teſticulorum canis.
Tithymali.
Tormentillæ.
B Tripolij.
Trifolij.
Tragacantæ.
Tuberum.
Turpeti.
Verbaſci.
Verbenacæ, S. herb.
Veratri.
Vitis ſilueſtris, & nigr.
Vlmi.
C Xyris.
Lignorum, vt
Agallochi.
Aloes.
Amomi.
Aſpalathi.
Balſami.
Ebeni.
Guaiaci.
Narcaphti tigniame.
Tamariſis.
Thymiama.
Viſci quercini.
Xylobalſami.
Corticum, vt
Anonidis.
Arundinis.
Aurantiorum.
Balſami.
Caſsie ligneæ.
Cinamomi.
Chi.
Ebuli.
Fraxini.
Granatorum.
Lentiſci.
Macis.
Nucis iuglandis.
Palmæ.
Pini.
Platani.
Populi.
Raphani.
Salicis.
Sambuci.
Tamaricis.
Terebinth.

Thuris

Thuris.
Vlmi.
Vipere ſenectutis.
Surculorum, Caudicum & Germinorum vt
Acetoſæ.
Aſparagorum.
Cardui.
Caſſuthę.
Caudæ equinæ equiſeti.
Ebuli.
Elaphoboſci.
Fumariæ.
Galiopſeos.
Lapathi.
Lapæ.
Maluæ.
Oenanthes.
Ornithogali.
Orobanches.
Ramni.
Sambuci.
Siſymbrij.
Scorpiionidis.
Medullarum, vt
Braſsicæ.
Calami aromatici.

Caſsiæ ſolutiuæ. A
Ferulæ.
Palmæ.
Foliorum, vt
Abrotani.
Abſinthij.
Acanthi.
Acetoſæ.
Acinos.
Acutæ ſpinæ.
Adianti. B
Aethiopidis.
Aliſmatis.
Althææ.
Alceæ.
Achileæ.
Alſines.
Ampelopraſsi.
Ambroſiæ.
Amaranti, purpurei & lutei. C
Anemones.
Anagallidis.
Anethi.
Androſaces.
Anthyllidis.
Anthemidis Chameleon.

A Anagyris.	Chamepityos.
Angelicæ.	Chamæmeli.
Antiſpodiæ.	Cameciparißsis.
Apij.	Caparum.
Aparines.	Capillorum Veneris.
Apocini.	Caryofilatæ.
Aquilinęvel Aquileię.	Cardui benedicti.
Arundinis.	Cataputiæ maior. vt mino.
Aſclepiadis, irundinarię.	Caudæ equinæ.
Aſtriathici.	Caucalydis.
B Aſari.	Centauri maio. vt minoris.
Aſpleni.	Cepææ.
Atriplicis.	Chelidonij maior. & minoris.
Atratractylidis.	
Barbulæ Hirci.	
Ballotes.	Centrum Galli.
Balſaminæ.	Ciſari.
Betæ.	Cynagloſsi.
Betonicæ.	Cynocrambes.
Bis linguæ.	Cynobrachæ.
C Biſtortæ.	Cichorij.
Bliti.	Cicutæ.
Burſæ paſtoris.	Clematidis, prouencę. Vulg.
Bunij.	
Bugloſsi.	Chamelææ.
Cacaliæ.	Chameſyces.
Calaminthæ.	Chamedryos.
Calthæ.	Clinopodij.

Coro-

Coronopi.	Ghaphalij.
Conyzæ.	Gratiolæ.
Corallinæ.	Halicacabi.
Conſolidæ maioris,	Helxines.
& minoris.	Halimi.
Cuſcutæ.	Hederæ.
Cucumeris aſinini.	Hemionitidis.
Daphnoides.	Hermodartylorum.
Dictamni.	Helenij.
Dracunculi.	Helitropij.
Dracunculi horte.	Hedijphonis, taraſaconis. B
Ebuli.	
Epithymi.	Hepaticæ.
Endiuiæ.	Hydropiperis.
Erucæ.	Hyſſopi.
Erice.	Hieracij.
Eſulæ.	Hyperici perforat.
Eupatorij.	Hypecoi.
Euphragiæ.	Hyoſcyami.
Fabariæ.	Hormini.
Feliculi.	Iberis.
Filicis.	Irionis. C
Fœnugræci.	Iſatis ſatiuæ, guado.
Fraxini.	Lactucæ.
Fumariæ.	Lampſanæ.
Galegæ.	Lapathi.
Galiopſeos.	Lapæ.
Gattariæ.	Lauendulæ.
Geniſtæ ſparti.	Lauri.

A Laureolæ.
Lauri Alexandriæ.
Ledi.
Lentiſci.
Lepidij.
Leucadis.
Lentis paluſtris.
Liguſtici.
Lilij.
Lyſimachiæ.
Limonij.
B Lychnidis.
Lichenis.
Lupulorum.
Maioranę.
malabathræ.
Mali.
Maluæ.
Maluæ arboreæ.
Mandragoræ.
Marubri.
C Mari.
Matricariæ.
Matriſyluæ.
Meliloti, ſetulę cāpa.
Meliſſæ.
Mentæ.
Mentaſtri.
Mentæ grecæ.

Mercurialis.
Mille folij.
Myrthi.
Myrrhidis.
Morſus diabli.
Muſci.
Nardi celſici, & mont.
Napelli.
Naſturtis.
Nymphęę.
Nepetę.
Numularię.
Oenantes.
Oleę.
Oliuę.
Onoſmę.
Ophyogloſsi.
Origani.
Orminis ſatiui, & ſilu.
Oſyridis.
Oſimi, baſilico.
Paliuri, agrifolij.
Palmæ.
Papaueris.
Parthenij.
Paronychiæ.
Paridis.
Parietarię. (bini.
Pedis ceruini, & colū-

Perfora-

Perforatę.
Peplepis, exulæ rotundæ.
Perichlymenis.
Perſici.
Perſeę.
Perſicariæ.
Phalangij.
Philytee.
Phyliridis.
Phænicis.
Pimpinellæ.
Pini.
Platani.
Plantaginis.
Populę.
Porri.
Portulacæ.
Poligoni, corigiolæ.
Poli.
Potentille.
Potamogetonis.
Polypodij.
Praſij.
Prunorum.
Primulæ veris.
Ptarmicæ.
Pulmonariæ.
Pulegij.

Quercus.
Quinque foliorum. A
Ramni.
Ranunculi.
Rhododendei.
Roris marini.
Rubi.
Rumicis.
Rutæ.
Rubeæ.
Sabinæ.
Salicis.
Saluiæ.
Sambuci.
Sampſuci.
Saniculæ.
Satureiæ.
Saxifragiæ.
Scabioſæ.
Scordion.
Senæ.
Semperuiuæ. C
Senecionis.
Serpylli.
Sideritis.
Siſymbrij, ſij.
Smyrnij.
Smilacis.
Solani.

Spicæ nardi.
A Spinachij.
Stæchidis.
Stellariæ.
Stramoniæ.
Stachyos.
Tamariſis.
Taſsi barbaſi.
Telephij.
Terebinthi.
Thymi.
B Theuni.
Thymelææ.
Tithymali exulæ.
Tilię.
Tormentillæ.
Tragorigani.
Trichomanis.
Trifolij.
Tuſilaginis.
Verbenacæ.
C Violæ.
Vitis albe, bryoniæ.
Vitis viniferæ.
Vitis nigrę.
Vmbilici veneris.
Viticis.
Vrticæ.
Vimi.

Florum, vt

Agerati.
Amaranti.
Aurantiorum.
Batiteſſere.
Baſilici.
Betonicæ.
Borraginis.
Bugloſſæ.
Buthalmi.
Calthæ.
Chamæmeli.
Cartami.
Chryſanthemi.
Cichorij.
Ciſti.
Clematidum.
Cnici.
Croci.
Cucurbitæ.
Dictami albi.
Ericæ.
Fabarum.
Galij.
Geniſtæ.
Granatorum.
Hederæ.

Iunci odorati.
Iridis.
Lambruſcæ.
Lauendulæ.
Lemonium, albaviola.
Liguſticum.
Lilij conualij.
Liliorum alborum.
Maluæ.
Maluæ arboreæ.
Malorum.
Napelli.
Nenupharis.
Nymphææ.
Origani.
Perſicorum.
Phalangij.
Primulæ veris.
Ptarmicę.
Pulmonariæ.
Rhododendri.
Roriſmarini.
Roſarum.
Sambuci.
Scabioſæ.
Senecionis.
Serpylli.
Stæcadis.
Typhæ.
Tiliæ. A
Verbaſci.
Violarum.
Viticis.

Fructuum, ut

Acacalis.
Acaciæ.
Amarenæ.
Amygdalarum.
Arbuti. B
Arminiacorum.
Aurantiorum.
Auelanæ.
Baccarum lauri.
Balſaminæ.
Berberis.
Bryoniæ.
Çapparum.
Caricarum.
Caſtaneæ. C
Cedri.
Ceraſorum.
Corni.
Cotoneorum.
Coci infectorij.
Colocyntidis.
Criſolatri.

A Creſpini.
Cucurbitæ.
Cucumeris, dom. ſil-ueſt.
Cucubebarum.
Cupreſsi.
Fabę Aegyptię.
Ficorum.
Fragrarię.
Gallarum quercu.
Glandes.
B Gariofilorum.
Glandis vnguẽtarię.
Goſsipij.
Hyoſcyami.
Labruſcę.
Lathyris.
Lauri.
Lentiſci.
Loti.
Malorum punicorũ,
C & aliorum pomorum.
Mandragorę.
Melezane.
Melonum.
Meſpilorum.
Mirti.
Mirabolanorum.

Mori alb. & nig.
Nucis.
Nucis iuglandis.
Miriſticę.
Muſcatę.
Indicę.
Vomicę.
Oleę.
Oliue.
Oxiacanthę.
Palme dactili.
Perſicorum.
Philereę.
Pini.
Pirorum.
Piperis.
Piſtachię.
Prunorum.
Perſeę.
Ramni.
Roſarum.
Rubi.
Rubicanis.
Sabinę.
Sicomori.
Siliquarum.
Sorborum.
Stramonię.
Sumach.

Tama-

Tamariſci.	Apocymi.
Tribuli.	Apij.
Vitis ſilueſtris.	Aquileæ,ari.
Vitis nigrę.	Aſparagi.
Vitis viniferę.	Atripljcis.
Vuę ſpinę.	Atractilis.
Zizifi.	Aurantiorum.
	Auenæ.
Follicorum, vt	Balſaminæ.
	Braſicæ, ſoldanellæ.
Alchechingi.	Bruſci.
Piperis indi.	Cannabis.
Senę.	Cardamomi.
Vlmi.	Cardui benedicti.
	Carui.
Semimum, vt	Cepæ.
	Ciceris.
Acetoſæ.	Circeæ.
Agni caſti.	Citruli.
Aliariæ.	Citrimedi mali.
Altheæ.	Citoniorum.
Alchechingi.	Cicutæ.
Ammi.	Cnici.
Anagiris.	Coriandri.
Anagalis.	Cocognidij.
Anehti.	Cucurbitę.
Aniſi.	Cucumeris.
Anchuſæ.	Cucumi.
Aphaci vitiæ ſilue.	Dauci.

A B C

A Dracunculi.
Elaphaboſchi.
Erini.
Erui.
Erucæ.
Eupatorij.
Fabæ.
Feniculi.
Fenugreci.
Ferulæ.
Galiopis.
B Geniſtæ.
Gingidij.
Gnidij.
Grani tintorii.
Grani paradiſi.
Hediſari.
Heliuiſi.
Helitropii.
Hiacenti.
Hidropiperis.
C Hioſciami.
Hipocoui.
Hipericonis.
Hordei.
Irionis.
Iunci.
Iuſquiami.
Lactucæ.
Lapæ, perſonatæ.
Latiris.
Lentis.
Leuiſtici.
Limonii.
Linguæ canis.
Liguſtici.
Licheni.
Lini.
Litos permatis.
Lolij.
Lupinorum.
Maioranæ.
maluæ vtriuſq;.
Malanci.
Meſonum.
Milii.
Mirti.
Meſpilorum.
Napelli.
Naſturcij.
Nigellæ.
Ocimaſtri.
Oenantes.
Oryzæ.
Ozimi, baſilici.
Paliuri.
palmæ.
panici.

papa-

papaueris.	Saxifragiæ.
paris herbæ.	Seſelij.
paſtinachæ.	Seſami.
peonie.	Siberis.
perſonatæ.	Sinapi.
phu.	Sia.
phaſeoli.	Smilacis.
phalangii.	Solani.
piperis.	Speltę,zeę.
plantaginis.	Spinę albę.
porri.	Spodij.
portulace.	Staſiſagrię.
pſilij.	Taſi.
Raphani.	Terebenti.
Rodonderion.	Tribuli.
Roriſmarini.	Tragi.
Rhois.	Tritici.
Rubiæ.	Thitimali.
Rutæ ſilue.	Viticis.
Rutæ.	Vrticę.
Salicis.	Xyrijs.

Et ſi autem pauca ſunt ſemina quę pruden-tia pharmacopolę colligi non poſsint, eademq; pręſtare videntur quę pręſtant herbę & plantę è quibus collecta fuere; tamen talia ſcribere non grauatus ſum, & ea deſumpſi ex Dioſcoride, ac alijs fide dignis.

Sed quia ſępe vſu uenit, vt apud Auctores ſcripta reperiantur ſem. quatuor calida,

A ca, aut frigida maiora, aut minora, nos facilitati ſtudentes diſtinctè ea ſcribere voluimus, & ſunt hęc.

Maiora calida vt	*Maiora frigida vt*
Aniſi.	Citruli.
Carui.	Cucumeris.
Cumini.	Cucurbitę.
Fœniculi.	Melonum.
Minora vero vt	*Minora vero vt*
Ameos.	Endiuię.
Amomi.	Lactucę.
B Apii.	Poſtulacę.
Dauci.	Scariolę.

Nomina vero lacrymarum, aut gummi, liquorum, ragiarum, ſuccorumq; concretorum vt

Abietis.	aſſæ aromaticę.
Abſinthij.	balſami.
Acacię.	bdelii.
agarici.	bdelii demecha.
aloes.	belzoini.
amygdalarum.	berberi.
C amomi.	bituminis.
amidi.	bryonię.
ammoniaci.	calamitę.
apij.	chamęſices.
arabici.	camphurę.
armeniacorum.	cancami.
aſari	caprifolij.
aſſę fętidę.	cedri.

cedri-

cedrinę.
centaurij.
cerę.
cerafororum.
chelidonij.
cicutæ.
colophonię.
cucumeris aſinini.
diagridii.
dictami.
elmi.
eupatorij.
euphorbij.
fraxini.
fumiterrę.
fungorum omniũ arborum.
galbani.
glaucii.
glycyrhizę.
glutinis.
Hederę.
helixines.
hipociſtidis.
Iridis.
Iuniperi.
Karabę.
Laccę.
Lachę.
Laſerpitis.
Lathyris.
laudani.
Lentiſci.
Lycij.
Lithocollę glutinis.
mandragorę.
mannę calabrnifis.
maſticis.
memitę.
myrti.
muſci.
mumię.
myrrhę.
Oleę.
oliuę.
omphacii.
opij.
opopanacis.
ocimi.
Paliuri.
palmę.
papulę.
pepli.
perſicorum.
peucedani.
phu.
pini.
pityuſę.

A picis naualis. propolis. prunorum. rhabarbari. rhois. roriſmarini. Sacchari. Sagapeni. Salicis. Sanguinis draconis. Sarcacollę.

Sycomori. Styriacis calamitæ. Succini. thapſię. tartari. terebinthi. thuris. tithymali. tragacanthę. vernicis. viſci.

B *Liquidorum ſuccorum nomina hæc erunt, vt*

Aceti. acetoſę. aciditatis citri. agreſtę. balſami. borraginis. buglosſi. cichorij. C eleomelitis. endiuię. funiculi. fumiterrę. gari. geniſtę. lycij. liguſtici.

limonij. lupulorum. oeſijpi. oliuę. oxicantę. mellis. minæ citoniorum. myrti. mori diamoron. nucis, diarobnucum. reſinę. roſarum. ſtyracis liquidæ. terbinthinæ. vini granatorum. violarum.

vitium

vitium ex omni genere nomine vini; plurimiq; alij ſucci, tàm liquidi quàm concreti, qui ſponte emanant;aut arte parantur;quorum nomina impoſsibile eſt omnia colligere, quinimo plurimi ſunt, qui ſucceſſu temporis,ſi liquidi ſunt,exſiccantur,aut ex ſiccis liquidi fiunt; tàm ſi ex ſe fiant, quàm arte parentur, & hoc intelligendum eſt, tàm de liquoribus, quàm lacrymis, gummi, ragijs, viſco, & de ſimilibus. A

Cinerum, & ſi omnia in cinerem reduci poſſint vt B

Alchali.	Hippocampi.
Braſsicę medullæ.	lanæ arietis.
cochlearum.	meſpilorum oſſa.
conchyliorum.	papiri.
cancrorum.	ſerici.
cornu cerui.	ſarmenticis.
dactylorum oſsium.	tamariſis.
eris.	tellenæ.
erycis marini.	vitulorum.
fraxini.	vnguium.
glandis.	vitis.

C

Aquarum decoctionum, ramentorum, oleorum, & eius generis nomina ex ipſis herbis, aut arboribus deſumuntur. nam ex omnibus arte parantur, aut oliuarum oleo virtus extrahitur, prout apothecarijs miro artificio

noſtris

A noſtris temporibus faciunt: quæ omnia exponere, & ſummæ difficultatis,& breuitatis limites excederet. Sequitur ergo vt nomina eorum quæ ex aquis, & terra proueniunt, narremus, vt.

Adamantis, lap.
Adarces.
Aeruginis raſilis.
Aeruginis ſolecia.
ætites.
argenti.
B argenti foliati.
Sublimati, ſpumæ.
argenti viui.
aluminis.
Aluminis,ſinceri,ſciſilæ, plumoſi, liquidi, rochæ, rotundi, zucharini, communis.
Alcionij.
C alabaſtites lap.
amianti lap.
ampelitis ter.
antimonii.
aquilæ lap.
armeniæ ter.
armenii lap.

arenæ litoralis.
aſii lap.
atramenti ſutorii,calcantii.
auri.
auri pigmenti.
bezahar.
berylli lap.
cadmiæ.
calcis viuę.
carbunculi.
ceruſæ.
chryſacollæ.
chiæ ter.
cinabaris.
cimoliæ ter.
corallium.
cœrulei lap.
cryſtalli.
cretæ ter.
dyphriges lap.
ęris flos.
æris ſquammæ.
eretriæ ter.

ferri

ferri.
ferri rubigo, ſtercus, fex.
fornaceæ ter.
fornacum ter.
fuliginis piſtoriæ.
gagates lap.
galactites.
geodes lap.
gypſi.
granatę.
hyacinthi.
hæmatites lap.
iaſpidis lap.
indici lap.
inſpongijs lap.
iudaici lap.
lemniæ ter.
litargyrij.
margaritæ.
magnetis lap.
molybdænæ, plumbagæ.
melanterræ.
melitis lap.
meliæ, ter.
memphitis lap.
mercheſitę.
miſij.
morochtheti lap. A
naxij lap.
nitri.
ochræ.
ophites.
oſtratites lap.
phrygii lap.
plumbi.
plumbi, vſti, loti, recrementiq; plumbi.
plumbaris lap. B
pnitis ter.
pompholiginis.
pumicis.
pygnites lap.
rubricæ ſinopicę.
rubricę fabrilis.
rubini lap.
ſalis.
ſalis floris, ſpumę.
ſalis indi. C
ſalis gemmæ.
ſamię ter.
ſamii lap.
ſandriacę.
ſapphiri lap.
ſelemiſiæ ter.
ſelenitis.

A ſmaragdi lap. ſquammę.
ſmiri lap. ſulphuris.
ſorij. thytes lap.
ſpongię. tracii lap.
pluraque alia nomina plurimarum rerum, quæ in dies ex diuerſis regionibus aſportantur, & pænè infinita ſortita ſunt nomina.

Quæ ex animalibus colliguntur, hæc ſunt vt

Cerebrum leporis. Caro leonis, & viperarum.
Paſſeris.
B Pulmo vulpis. Pili leporis, & arietũ.
Iecur lupi. Pelliculæ interiores ſtomachi gallinæ.
Capræ.
Canis. Vnicornu monoceroti.
Teſtes caſtorei.
Inteſtinum lupi. Coaguli leporis, hędi, capri, vituli.
Sura porci.
Calli equi.
os crurum uituli.

Medullæ vt

os ſepiæ. Aſini.
C os elephantis, & ebur. Bouis.
Canis.
os de corde cerui. Cerui.
craneum humanum. Hienæ.
cornu cerui. Hirci.
cornu caprinum. Vituli.
vngues caprarum, & aſinorum ſyluę. Vrſi.

Adipes vt

Anatis.
Anſeris.
Aſini.
Ardeæ.
Capri.
Cerui.
Equi.
Felis.
Gallinæ.
Hirci.
Hominis.
Marmotæ.
Suis.
Vulpis.
Vrſi.
Vulturis.

Fel, vt

Accipitris.
Aquilæ.
Capræ.
Hirci.
Leporis.
Tauri.
Teſtudinis.

Sanguis, vt

Columbi.
Hirci.
Veſpertilionis. A

Stercora, vt

Canis.
Capræ.
Columbi.
Gallinæ.
Muris.
Ouis.
Tarantolæ.
Tauri. B

Vrina, vt

Apri.
Aſini.
Canis.
Capri.
Hominis.
Tauri.

Lac, vt C

Aſini.
Mulieris.
Vaccæ.
Capræ.
Camelæ.
Ouis.
Equæ.

Saliua, vt Hominis.
A Pluraq; alia varijs nominibus nuncupata, vt ſudor, œſipus humida, ſeta cruda, mel, butyrum, caſeus, recocta, coagulum, cantharides, ranæ, cancri, lumbrici, millipedes, cimices, pediculi, & alia pænè infinita quæ in dies vſitantur à peritis Medicis in varijs affectionibus ratione intentionum diuerſarũ, quod certe non modo arduum ſed impoſsibile eſt ſcribere.

B DE QVALITATIBVS *& proprietatibus ſimplicis.* *Cap. VII.*

ABIES ſiue terebynthina Cal. eſt, vulnera glutinat, & à ſorde mundat citra noxiam: àluum ſoluit, poteſtq; abſtergere iecur, lien, renes, & pulmonem: prodeſt arthritidis, & C coxendicijs Gal. 5. ſanit. tuend. cap. penult. doſis vnz. 1.

Abrotanum, cal. & ſicc. in tertio digerit incidit, & ſtomacho noxium. Gale. 6. ſimpl. med. facul. de abrota.

Abſinthium, cal. in 1. ſicc. in tertio excalef. extergit vlcerat, & egeſtionem ac vrinã prouocat, ſtomacho gratus Gal. 6. de abſint. ſup,

Acacia frig. in 2. ſicc. in tertio, fluxiones ſiſtit Gal. ſupr. de acatia. A

Acanthos, acanthion, acantha, leuce, ac ægyptia, aſtringit, & deſiccat, muliebre profluuium ſiſtit, cæliacis, & dyſentericis confert, reiectiones ſang. cohibet Gal. ſup.

Acetum, in actiuis dubium, in paſs. ſicc. in tertio ſiccat, erodit, mordicat, & refrigerat.

Achates, contra ſcorpionum ictus, & in ore retentus ſitim ſedat.

Achillea, ſideritis, aſtringit dyſenterias, B & muliebre profluuium ſanat, Gal. 8. ſup.

Achras, piraſtri genus eſt, aſtringendi vim habet Diaſcó. primo 132.

Acinorum ſuccus potus, menſes, & aluũ ſiſtit, ignem ſacrum mitigat ſucci linitio.

Aconitum, lethale eſt, quouis modo paratum.

Acorum cal. & ſicc. in tertio, vrinam prouocat, ac lienem durum mollit.

Acuta ſpina, vua ſpina, marina vua, vulgo rocellæ, in alimentis ponuntur æſtatis C tempore ad excitandum appetitum, ſunt qui aſſerunt inciſiuam eam eſſe, & attenuatiuam.

Adarces, calidiſs. & acerrimum medicamentum raro intromittitur in corpus.

Adeps, cuius ſit qualitatis adhuc incertũ,

A emollit, ventriculum offendit, appetentiam pellit, pituitam auget, fluxiones alui excitat, emplaſticaq; eſt.

Adianctum, in actiuis temperatum deſiccat extenuat, & digerit, lapides frangit, pectoris pulmoniſq; excretionibus non mediocriter confert, ac ventris profluuium ſiſtit Gal. 6. ſupr.

Aegilops, ſiue feſtuca, Galen. pro auena ſup. digerit, & diſcutit.

Aes, chaltos, cecaumenos, ſiccandi vim
B habet & adſtringendi, aluũq; mouet, ſic ſquáma, & ærugo: digerit extergit, æs vſtum vero minus.

Aethiopis, purulentis excretionibus auxiliatur, iſchiadicis, pleuriticis, & ſanguinem reijcientibus.

Aetites, lapis partus continet ſi brachio alligetur, ſi femori, educit.

Agallochum, cal. & ſicc. in ſecundo tollit cordis affectus.

C Agaricum, cal. in primo, ſicc. in ſecundo purgat pituitam, & choleram rubeam, doſis ad drag. 2. corrigitur ſalgemma ad pro ſingulis drag. ſcr. 1.

Ageraton, digerit, & inflammationes quodammodo reſoluit, vrinamq; prouocat.

Agnus caſtus, vitex cal. & ſicc. in Tertio

flatus

ſtatus diſcutit, Venerem cohibet.

Aiuga, cal. in ſecundo, ſicc. in tertio, ſiue chamæpiten, iua artethica, expurgat, abſtergit, vrinam prouocat, regio morbo auxiliatur. A

Alabaſtrites, lap. diſcutit, ſtomachi dolores tollit.

Alcibiadon, onochiles, anchuſa, refrigerat, deſiccat, aſtringit, & ſubamara eſt, plurium autem ſpecierum eſt hæc herba. eſtq; contraria ſerpentibus, & menſtrua prouocat. B

Alcionium, detergit, digerit, acrem calidamq; facultatem habet. Et cum quinque ſint genera, alterum altero magis agit, vnde etiam exſcoriat, hinc cal. in quarto.

Alga, fucus marinus frig. & ſicc. in ſecundo, vtilis contra omnes inflammationes. refrigerando, & deſiccando.

Alhaſter, liquor ex ligno alhaſſer adurit cauſticumq; eſt.

Aliſma, damaſion radix, abſtergit incidit, minuit lapidè in veſica, mulieres vteri ſtrangulatas liberat. C

Alliaria, lentos craſſoſq; humores incidit, & atenuat.

Allium, cal. & ſicc. in quarto, ex calefacit, mordicat, ſitim inducit, flatum promouet, aluum turbat cutem exulcerat.

A Alnus, pedibus defatigatis ad iumentum præſtat.

Aloe, cal. in primo, ſicc. in ſecundo purgat pituitam, & choleram: mundificat caput, & ſtomachum. Doſis in ſubſtantia ad drag. 2. corrigitur ſpeciebus elephanginis ad ſcrop. mez. pro ſing. drag.

Alſine, refrigerat, & humectat: phlegmonas mitigat, frig. & hum. in tertio.

Althæa, malua uiſco digerit, laxat, dolores mitigat, tubercula concoquit, dyſen-
B teritis, & ruptis prodeſt.

Alumen, cal. & ſicc. in tertio, exſiccat, & omnem fluxionem prohibet, Vlcera glutinat Auic.

Alypum album, turpetum, glutinoſam, craſſamq; pituitam, per ſeceſſum euocat, doſis drag. 1. mez. corrigitur gingib. ad ſcr. mez. pro ſing. drg. eſtq; cal. in tertio.

Alyſſon, rubia minor vſurpatur in morſu canis rabidi: diſcutit ſingultus, ſi fuerit ſine
C febre.

Amaracus, ſampſucum, maiorana cal. & ſicc. in tertio aperit, & reſoluit cum fortitudine. capitaliſq; eſt.

Ambarum, cal. in ſecundo ſicc. in primo cerebrum, & cor olfactu roborat.

Ambroſia, diſcutit, aſtringit, & repellit. longæuoſq; homines facit.

Amian-

Amiantus, lap. veneficijs reſiſtit.

Amni, cal. & ſicc. in tertio aperit oppilationes. A

Amarantus, frig. & ſic. in ſecundo, fluxiones cohibet.

Ammoniacum, cal. in tertio, ſicc. in primo thophos diſcutit, & emollit.

